



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

CHIESA CATTOLICA, *Officia propria sanctorum recitanda partim de praecepto, & partim ad libitum, quae in hunc libellum congesta sunt ad omnium commoditatem. Iuxta decreta summorum pontificum usque ad Innocentium XI. Ut in copioso indice sequenti patebit*, Trento, Eredi Vida e Giovanni Parone, 1680.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TT I k 159

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/272>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.



T.T. 1. l. 38.

BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

~~TT~~

~~k~~

~~216~~

TT

k

216

TRENTO



K 265102

D 265088

5tcg

TT I k 159

OFFICIA PROPRIA
SANCTORVM

Recitanda partim de Præcepto, & partim ad Libitum, quæ in hunc libellum congesta sunt ad omnium commoditatem.

IVXTA DECRETA
Summorum Pontificum usque ad
INNOCENTIVM XI.
Vt in copioso indice sequenti patebit.



TRIDENTI, M. DC. LXXX.

Ex Typogr. Hæred. Vid., & Ioannis Paronij,
SUPERIORVM PERMISSV.



SANCTORVM DE PRAECEPTO.

VESTA DECEMBRIS.
DIE III. DECEMBRIS.

*In Feflo S. Francifci Xauerij
Confef. Duplex.*

*In Hymno. Ifte Confeflor, di-
catur. Hac die lætus meruit
fupremos Laudis honores.*

ORATIO.

DEus, qui Indiarum
Gentes beati Frã-
cifci prædicatione,
& miraculis
Ecclefia tuæ aggregare vo-
luifti; concede propitius, vt
cuius gloriofa merita vene-
ramur, virtutum quoque
imiten ur exempla. Per Do-
minum.

*Deinde fit comm S. Bibiana, &
Fer. In 1. Noft. Lef. de Script.
occurrente. In fecundo Noftur-
no. Lefio iv.*

FRancifcus in Xauerio
Diœcefis Pompelonẽ-
fis, nobilibus parentibus na-
tus, Parifijs Sancto Ignatio
fefe comitem, & difcipulum
iunxit. Ipfo Magiftro eo bre-
ui deuenit, vt in rerum diui-

narum contemplatione de-
fixus, à terra aliquando fu-
blimis eleuaretur. Quod illi
facticanti coram populi
multitudine aliquoties eue-
nit. Has animi delicias ma-
gnis fui corporis cruciatib⁹
merebatur. Nam interdico

sibi, non carnis folùm. & vi-
ni, fed panis quoque triticei
vfù, vilibus cibis vefci foli-
tus, per biduum fubinde, tri-
duumque omni prorfus ali-
mento abftinebat. Ferreis in
fe flagellis ita sæuijt, vt sæ-
pè copiofo cruore diffloe-
ret: fomnum breuiffimum,
humi iacens carpebat. &c.
Hoc eftum fecit illum Do-
minus, & custodiuit eum ab
inimicis, & à feductoribus
tutauit illum: * Et dedit il-
li claritatem æternam.

ÿ. Iuftum deduxit Dominus
per vias rectas, & oftendit
illi regnum Dei. Et dedit
illi. *Lefio v.*

VIta austeritate, ac fan-
ctitate Apoftolico

muneri iam maturus, cum
 Ioannes Tertius Lusitanæ
 Rex aliquot nascentis So-
 cietatis viros à Paulo Ter-
 tio pro Indijs postulasset,
 Sancti Ignatij hortatu, ab
 eodem Pontifice ad tantum
 opus cum Apostolici Nun-
 cij potestate deligitur. Eò
 appulsus, illicò variarum
 Gentium difficillimis, & va-
 rijs linguis diuinitus instru-
 ctus apparuit. Quin eum
 quandoque vnico idiomate
 ad diuersas Gentes concio-
 nantem, vnaquæque sua lin-
 gua loquentem audiuit. Pro-
 uincias innumeras pedi-
 bus semper, & sæpè nudis
 peragrauit. Fidem Iappo-
 niæ, & sex alijs Regionibus
 inuexit. Multa centena ho-
 minum millia ad Christum
 in Indijs conuertit, magnos-
 que Principes, Regesque
 complures sacro Fonte ex-
 piavit. Et cum tam magna
 pro Deo ageret, ea erat hu-
 militate, vt Sancto Ignatio,
 tunc Præposito suo, flexis
 genibus scriberet. *ꝫ.* Ama-
 uit eum Dominus, & orna-
 uit eum, stolam gloriæ in-
 duit eum: * Et ad portas pa-
 radisi coronauit eum. *ꝥ.* In-
 duit eum Dominus lorica-
 cam fidei, & ornauit eum.

Et ad.

Leſſio vi.

HVnc dilatandi Euange-
 lij ardorem multitu-
 dine, & excellentia miracu-
 lorum Dominus roborauit.
 Cæco visum reddidit. Tan-
 tum marinæ Aquæ Crucis si-
 gno conuertit in dulcem,
 quantum quingentis Vecto-
 ribus, qui siti adigebatur ad
 mortem, diu suffecit. Qua-
 ia varias quoque regiones
 asportata, ægri plurimi su-
 bitò curati sunt. Plures mor-
 tuos reuocauit ad vitam,
 inter quos pridie sepultum
 erui iussum è tumulo, susci-
 tauit: duosque alios, dum ef-
 ferrentur, apprehensa eorum
 manu, parentibus è feretro
 viuos restituit. Prophetiæ
 spiritu passim afflatus, plu-
 rima & loco, & tempore
 remotissima enunciauit. De-
 mum in Sanciano Sinarum
 insula, die secunda Decem-
 bris obiit plenus meritis,
 laboribusque confectus. De-
 mortui cadauer viua calce
 per multos menses bis obru-
 tum, sed penitus incorrup-
 tū, odore, & sanguine ma-
 nauit, & vbi Malacam dela-
 tum est, pestem sœuissimam
 confestim extinxit. Denique
 vbique terrarum nouis, ma-
 ximisque fulgentem miracu-
 lis. Gregorius Decimusquin-

rus Sanctis adscripsit. *ꝫ*. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiæ meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

ꝥ. Iste est, qui contempfit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum.

Lectio viij. Cap. 16.

IN illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Greg. Papæ.

Homil. 19. in Euangel. post initium.

POtest, omnis creaturæ nomine, omnis natio Gentium designari. Antè etenim dictum fuerat, In uiam Gentium ne abieritis, nunc autem dicitur, Prædicate omni creaturæ: ut scilicet priùs à Iudæa Apostolorum repulsa prædicatio, tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad prædicandum Veritas mittit, quid aliud in

mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut multarum messium fruges recipiat ex nostra fide. *ꝫ*. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudauit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. *ꝥ*. Ecce homo, sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse intercedat.

Lectio viij.

NEque etenim in uerso mundo tanta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non uenissent: Sequitur: Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui uero non crediderit, condemnabitur. Fortassè unusquisque apud semetipsum dicat: Ego iam credidi, saluus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc, quod uerbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim, quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. *ꝫ*. Sint lumbi

vestri precipinēti, & lucernæ ardētes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum, quando reuertatur a nuptijs. *ψ.* Vigilate ergo, quia nescitis, quā hora Dominus vester venturus sit. Et vos.

Gloria Patri. Et vos.

Leſtio ix.

Signa autem eos, qui credituri sunt hæc sequentur: In nomine meo demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & benè habebunt. Numquid nam fratres mei, quia ista signa non facitis, minimè creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim (ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos, cum arbuta plantamus, tamdiu eis aquam infundimus, quousque ea in terra iam coaluisse videamus: & si semel radicem fixerint, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus. Te Deum laudamus.

In Vesp. fit comm. feria, ac S. Barbara virg. & martyris, ut in Breviario.

Ponitur hic sequens Officium Octaua Conceptionis B. Mariae Virg. Immaculatae pro illis locis, in quibus ex indulto Apostolico celebratur.

DIE VIII DECEMERIS.

In festo Cōceptionis B. M. Virg.

Duplex secunda Classis.

Omnia ut notatur in Breviario, & in 1. Vesp. fit comm. S. Ambrosij, & Feria.

R V B R I C Æ
Pertinentes ad Officium octaua conceptionis.

Dominica infra Octauam fit officium de ea Dominica Aduentus, quæ occurrerit, cum commemoratione Octauæ Conceptionis. non dicuntur Preces ad Completorium, neque ad primam; in qua tamen recitantur omnes Psalmi Dominicæ, & Symbolum. *Qui-cumque, &c.*

Si festum Conceptionis occurrat in Dominica secunda Aduentus, transfertur in primam diem non impediatam: & in secundis Vesperis Dominicæ, quando in sequentem diem transfertur, fit totum Officium de Conceptione, cum commemoratione Dominicæ, & etiam in secundis

secundis Vesperis Conceptionis, fit commemoratio Feriæ, & S. Melchiadis; Sabbatho verò proximè sequenti, quia dies octaua Conceptionis non transfertur, neque de ea fieri potest officium, nisi per solam commemorationem in Dominica: Idè in primis Vesperis Dominicæ tertiæ dicuntur Antiphonæ, & Psalmi de Sabbatho, scilicet, *Benedictus*, &c. Capitulum, & cætera de Dominica tertia, & post Orationem Dominicæ fit cõmemoratio de die Octaua, vt in primis Vesperis festi: Deinde S. Eusebij Episcopi, & Martyris. Psalmi in Matutino, & Laudibus, vt in Psalterio de Dominica: cætera, vt in Dominica tertia Aduentus. In Laudibus fit cõmemoratio Octauæ Conceptionis, & Sancti Eusebij. Non dicuntur Preces ad Completorium, neque ad Primam, in qua tamen dicuntur Psalmi consueti cum Symbolo. *Quicumque.* Quando festum S. Lucie occurrens in tertia Dominica Aduentus, transfertur in sequentem diem; in secundis Vesperis S. Lucie omnia de Octaua Conceptionis, commemor. S. Lucie, & Feriæ,

& Sancti Eusebij.
DIE IX. DECEMBRIS.
SECUNDA DIE

Infra Oct. Conceptionis.
Officiũ infra Octauã dicitur, vt in die festi prater Lectiones, qua dicuntur, vt infra assignantur.

Hymni eiusdem metri dominantur.

Iesu, tibi sit gloria, &c. tam in Officio Conceptionis, quam Dominica, & festorum infra oct. occur.

Ad Primam loco v. Qui venturus es in mundum; dicitur; Qui natus es de Maria Virg. etiam in Dominica, & Festis infra Octau.

In 1. Noct. de Script. occurrunt. In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcop. Exultat Maria, vt in Breuiario in ij. die Oct Natinitatis B. Maria, cum eiusdẽ Responsorijs, mutato nomine, Natiuitatis in Conceptione, quod, & seruat in sequenti die In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vj. Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi, filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. *Comment. in Matth. in ininit.*

IN Isaiâ legimus; Generationem eius quis enarrabit? Non ergo putemus, Euangelistam Prophetæ esse contrarium, ut quod ille impossibile dixit affatu, hic narrare incipiat; quia ibi de generatione Diuinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnalibus autem cœpit, ut per hominem Deum discere incipiamus. Filij Dauid, filij Abraham. Ordo præposterus, sed necessario commutatus. Si enim primùm posuisset Abraham, & postea Dauid, rursus ei repetendus fuerat Abraham, ut generationis series texeretur.

Be. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. *ψ.* Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit mihi.

Lectio viij.

Ideo autem, cæteris prætermisissis, horum filium nuncupauit, quia ad hos tantum facta est de Christo repromissio. Ad Abraham; In semine, inquit, tuo benedicentur omnes gentes, quod

est Christus. Ad Dauid; De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Iudas autem genuit Phares, & Zarâ de Thamar. Notandum, in genealogia Saluatoris, nullam sanctarum assumi mulierum, sed eas, quas scriptura reprehendit; ut, qui propter peccatores venerat, de peccatoribus nascens omnium peccata deleret. Unde & in consequentibus Ruth Moabitica ponitur, & Bethsabee vxor Uriæ.

Be. Foelix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima; * Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, * Christus Deus noster. *ψ.* Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoro femineo sexu; sentiant omnes tuum iuuamen, quicunque celebrant tuam sanctam Cœceptionem. Quia ex te. Gloria Patri Christus.

Iacob autem genuit Ioseph. Hunc locum obiecit nobis Iulianus Augustus dissonantiæ Euangelistarum, cur Euangelista Matthæus Ioseph dixerit filium Iacob, & Lucas eum filium appellat Heli; non intelligens cœsuetudinem scripturarum, quod alter secundum naturam, alter secundum legem

ei pater sit. Scimus enim hoc per Moysen, Deo iubente, præceptum; ut si frater, aut propinquus absque liberis, mortuus fuerit, alius accipiat uxorem, ad suscitandum semen fratris, vel propinqui sui, Ioseph virum Mariæ. Cùm virum audietis, suscipio tibi non subeat nuptiarum; sed recordare consuetudinis scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores.

Te Deum laudamus.

Vespera de Oñaua cum commemoratione feria, ac S. Melchiadis Papa, & martyris.

DIE X. DECEMBRIS.

TERTIA DIE

Infra Oñ. Conceptionis Beata Maria.

In 1. Nocturno Lect. de Script. occur.

In ij. Noct. Serm. S. Bernardi Abbatis,

Nouum fecit Dominus, quæ habentur in quarta die infra Oñ. Natiuitatis Beata Mariæ Virginis, cum eisdem Responsorijs mutatis nominibus.

In ij. Noct. Homil. S. Hilarij Episcopi. Non refert. ut supra in die 17. Natiuit. & in Laudibus fit commemor. feria, ac sancti Melchiadis Papa, & martyris.

In ij. Vesper. fit à capit. de

S. Damaso Papa, & Confess. cum commemorat. Oñaua Conceptionis, & feria.

DIE XI. DECEMBRIS.

QUARTA DIE

Infra Oñ. Conceptionis.

Fit de S. Damaso Papa, & Confess. Semiduplex, cum commemorat. Oñ. & Feria.

Ad Vesperas, Cap. Oñau. commemor. præced. & feria.

DIE XII DECEMBRIS.

QUINTA DIE

Infra Oñ. Conceptionis.

In 1. Noct. Lect. de Scriptura occur.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Epiphaniij Episcopi aduersus hæreses. Lib. 3. hæresi 78. post. med.

Lectio iv.

BEATA Mater Dei Maria per Euam significatur, quæ per enigma accepit: ut mater viuentium vocetur. Illa etenim mater viuentiũ vocata est etiam postquam audiuit: terra es, & in terrã reuerteris, post transgressionem. Et mirum est, quòd post trãsgressionem hoc magnum cognomen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Eua omnis hominum generatio deducta est in terra; hinc autem verè à Maria, hæc vita mundo genita est, ut viuen-

tem gigneret, & fieret Maria mater viuentium; per cuius igitur Maria mater viuentium appellata est.

g. Conceptio glorioſa virginis Mariæ ex femine Abrahæ, ortæ de tribu Iuda, clara ex ſtirpe David; * Cuius vita incluta cunctas illuſtrat Eccleſias.

ſ. Hodie concepta eſt beata virgo Maria ex progenie David. Cuius vita. *Leſſio v.*

EVæ datum eſt opere corpus ſenſibile propter nuditatem ſenſibilem, Marię verò datum eſt à Deo, vt pareret nobis Agnum, & ex gloria ipſius Agni, fieret nobis velut à vellere ſapientiæ per virtutem ipſius indumentum incorruptibilitatis. Eua etiam mortis cauſa facta eſt hominibus, per ipſam enim mors ingreſſa eſt in mundum; Maria verò cauſa vitæ, per quam genita eſt nobis vita, & per hanc Filius Dei aduenit in mundum, & vbi abundauit peccatū ibi ſuperabundauit & gratia; & vnde illata eſt mors, illinc proceſſit & vita, vt vita pro morte fieret, & qui per mulierem nobis vita factus eſt, mortem, ex muliere inductam excluderet. Et quoniam illic Eua, cum adhuc eſſet virgo

per inobedientiam tranſgreſſa eſt; eſt contrario per Virginem obedientia gratiæ facta eſt, annunciat aduentu in carne de cœlo, & vita æterna.

g. Cum iucunditate Conceptionem Beatæ Mariæ celebremus; * Vt ipſa pro nobis intercedat ad Dominum Ieſum Chriſtum.

ſ. Corde, & animo Chriſto canamus gloriam in hac ſacra ſolemnitate præceſſæ genitricis Dei Mariæ. Vt ipſa.

Leſſio vi.

DE Maria enim accipitur (liceat mihi hoc dicere) quod ſcriptum eſt de Eccleſia. Relinquet homo patrem ſuum, & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Sanctus autem Apoſtolus dicit; Myſterium hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. Et vide ſcripturarum accuratam dicendi proprietatē, quod de Adam quidem dixit, formauit; de Eua verò non formatam eſſe, ſed ædificatam. Accepit enim, inquit, vnā de coſtis eius, & ædificauit ipſi in vxorem; quod oſtendat, Dominum quidem de Maria efformari ſibi

se sibi ipsi corpus, ab ipsa cogitationibus comprehen-
verò costa edificatam esse di, Patrique per omnia coæ-
Ecclesiam, in eo quòd pun- qualis, per Virginis ad nos
ctum, & apertum est ipsius venit vterum, & fieri ex mu-
latus, & mysteria sanguinis, liere dignatus est, & habere
& aquæ, pretia redemptionis facta sunt. progenitores Dauid, &

Be. Conceptio tua Dei Genitrix virgo, gaudium annunciatum vniverso mundo; *
Ex te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster; *
Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem; & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam.

y. Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chrysostomi.

Homilia 2. in Matth. post initium.

Avditu quidem mirabile est, quòd ineffabilis Deus, & qui nec sermonibus explicari potest, nec

Abraham; & quid dico Dauid, & Abraham? etiam illas, quòd magis stupendum est, foeminas, quas paulò ante memorauimus. Hæc igitur audiens, mente consurge, nihilque humile suspiceris, sed potius propter hoc ipsum maxime mirare, quia cum verus, & dilectus Filius sit sempiterni Dei, etiam Filius Dauid esse dignatus est, modò vt te filium faceret Dei: seruum patrem habere dignatus est, vt tibi seruo Patrem faceret ipsum Deum.

Be. Beatam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

y. Et misericordia eius à progenie in progenies timentibus eum. Quia fecit.

Lectio vij.

Vides ab ipso statim principio, quàm læta sint hæc nuncia. Quòd si ambigis de his, quæ ad tuum spectant honorem, ab ijs, quæ illius sunt, etiam

tua

tua disce credere. Quantum enim consequi potest humana ratio, multò est difficilius Deum hominem fieri, quam hominem Dei filium consecrari. Cùm ergo audieris, quia Filius Dei, Filius sit & Dauid, & Abrahæ; dubitare iam desine, quòd & tu, qui filius es Adæ, futurus sis filius Dei. Non enim semetipsum ita humiliasset, nisi nos esset exaltaturus. Natus est enim secundùm carnem, vt tu nascerere spiritu, natus est ex muliere, vt tu desisteres filius esse mulieris.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, * Christus Deus noster.

ÿ. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto scemineo sexu: sentiant omnes tuum iuamen, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te. Gloria Patri. Christus.

Lectio ix. l

Propterea duplex facta generatio est, hæc scilicet nostræ similis, illa nostram eminenter excedens.

Quòd enim natus ex scemina est, & nobis competit: Ex Epistola Sancti Ambrosij

quòd verò non ex voluntate carnis, & viri, sed ex Spiritu sancto, aliam nobis sublimiorem, futuramque, & spiritu consequendam generationem promittit. Sed alia quoque omnia ex simili diuersitate constabant. Nam & baptisma profectò tale, suscepit, quòd haberet quidem aliquid veteris, haberet & noui: quòd enim baptizatus est à Propheta, expressit vetus: quòd autem descendit Spiritus, adumbravit nouum.

Te Deum laudamus.

In Laudibus fit commemor.

Feria.

Vespera de sancta Lucia Virg. & Martyre, cum commemor. Oct. Concept. & Feria.

DIE XIII. DECEMBRIS.

SEXTA DIE.

Infra Oct. Conceptionis.

Fit de S. Lucia dupl. cum commemor. Octaua, & Feria.

DIE XIV. DECEMBRIS.

SEPTIMA DIE

Infra Oct. Conceptionis.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

Et si hac die occurrat Feria
iv. Quatuor Temp. seruetur.
rubrica posita in die Octaua sequenti.

In secundo Nocturno.

Episcopi

Episcopi ad Siricium Ex libro sancti Hieronymi
Papam . Presbyteri aduersus

Epist. 81. al 7. Lectio iv.

Iouinianum.

DE via peruerfiratis
produntur dicere :
Virgo concepit, sed non vir-
go generauit. Potuit ergo
virgo concipere, non potuit
virgo generare, cum semper
conceptus præcedat, par-
tus sequatur? Sed si doctri-
nis non creditur sacerdo-
tū, credatur oraculis Chri-
sti, credatur monitis Ange-
lorum dicentium. Quia non
est impossibile Deo omne
verbum. Credatur symbolo
Apostolorum, quod Ecclesia
Romana intemeratum sem-
per custodit, & seruat. Au-
diuit Maria vocem Angeli,
& quæ ante dixerat; Quo-
modo fiet istud? non de fide
generationis interrogans,
respondit postea; Ecce an-
cilla Domini, contingat mi-
hi secundum verbum tuum.
ꝛ. Conceptio gloriosæ vir-
ginis Mariæ ex semine
Abrahæ, ortæ de tribu Iuda,
clara ex stirpe Dauid; * Cu-
ius vita inclyta cunctas il-
lustrat Ecclesias.
ꝥ. Hodie concepta est bea-
ta virgo Maria ex progenie
Dauid. Cuius vita inclyta
cunctas.

*De Apologia ad Pammachiū
pro libro aduersus Iouinia-
num in fine.*

Lectio v.

CHristus Virgo, Mater
Virginis nostri Virgo
perpetua; Mater, & Virgo.
Iesus enim clausis ingressus
est ostijs; & in sepulchro
eius, quod nouum, & in pe-
tra durissima fuerat exci-
sum, nec antea quis, nec po-
stea positus est. Hortus con-
clusus, fons signatus, de quo
fonte ille fluuius manat,
iuxta Ioel, qui irrigat tor-
rentem, vel funium, vel spi-
narum; funium peccatorum
quibus ante alligabamur;
spinarum, quæ suffocant se-
mentem patrisfamilias. Hæc
est porta orientalis, vt ait
Ezechiel, semper clausa, &
lucida, operiens in se, vel ex
se proferens sancta sancto-
rum; per quam Sol iustitiæ
& Pontifex noster secun-
dum ordinem Melchisedech
ingreditur, & egreditur.
ꝛ. Cum iucunditate Con-
ceptionem beatæ Mariæ ce-
lebremus; * Vt ipsa pro no-
bis intercedat ad Dominum
Iesum Christum. ꝥ. Corde,
& animo Christo canamus
gloriam

gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ genitricis Dei Mariæ. Vt ipsa.

Ex libro S. Irenæi Episcopi, & martyris aduersus hæreses.

Lib. 5. cap. 19. *Lectio vi.*

IN sua propria veniente Domino, & sua propria eum baiulante conditione, quæ baiulatur ab ipso, & recapitulationem eius, quæ in ligno fuit, inobedientiæ, per eam, quæ in ligno est, obedientiam faciente, & seductione illa soluta, qua seducta est malè illa, quæ iam viro destinata erat virgo Euæ; per veritatem euangelizata est bene ab Angelo, iam sub viro virgo Maria. Quemadmodum enim illa per angelicum sermonem seducta est, vt effugeret Deum, prauaricata verbum eius; ita & hæc per Angelicum sermonem euangelizata est; vt portaret Deum, obediens eius verbo. Et sicut illa seducta est, vt effugeret Deum, sic hæc suasa est obedire Deo, vt virginis Euæ, virgo Maria fieret aduocata. Et quemadmodum adstrictum est morte genus humanum per Virginem, nobis in hoc consistit bono soluatur per Virginem; æqua lance disposita virgi-

nalis inobedientia, per virginalem obediētiam. &c. Cōceptio tua Dei genitrix virgo, gaudium annunciauit vniuerso mundo; * Ex te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster; * Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem; & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam. *ψ.* Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te. Gloria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

De Homil. S. Ioannis Chrysostomi.

Cuius verò rei gratia, librum ipsum generationis Christi vocat, vbi non solum vtique generatio, sed tota prorsus ipsius mysterij dispensatio continetur, quia totius scilicet dispensationis caput, radix, atque principium omnium, nobis in hoc consistit bonorum. Vt enim Moyses librum cœli appellauit, ac

terra,

terrarum, cum certe non de
 caelo solum, terraque loque-
 retur; sed de cunctis, quae
 inter ipsa subsistunt; ita
 etiam Euangelista ab ipso
 omnium fonte, & capite
 honorum librum vocauit.
 Beata me dicent omnes
 generationes: * Quia fecit
 mihi Dominus magna, qui
 potens est, & sanctum no-
 men eius. Et misericordia
 eius a progenie in proge-
 nie timentibus eum. Quia
 fecit.

Lectio viij.

Qua verò de causa non
 eum antè, filiù Abra-
 hae, & postea filium Dauid
 nuncupauit? Non, sicut
 opinantur aliqui, ab infe-
 rioribus volens ad supe-
 riora conscendere; cæterum
 fecisset, quod fecit & Lucas;
 nunc autem à contrario fa-
 cit; cur ergo commemorauit
 priorem Dauid? Quia ipse
 proculdubio in omnium
 vocabatur ore, ob insigne
 honoris, & gloriae, ob ip-
 sus quoque temporis spatia
 iunctiora. Etsi enim utriusque
 promiserat Deus, sed tamen
 illud quasi antiquum retice-
 batur; hoc verò quasi nouum,
 & recens ab omnibus cele-
 brabatur.

* Felix namque es sacra Te Deum laudamus.

Virgo Maria, & omni laude
 dignissima; * Quia ex te
 ortus est Sol iustitiae Chri-
 stus Deus noster. Et Ora-
 pro populo, interueni pro
 clero, intercede pro deuoto
 famineo sexu; sentiant om-
 nes tuum iuuamen, quicum-
 que celebrant tuam sanctam
 Conceptionem. Quia ex te.
 Gloria Patri. Christus.

Lectio ix.

Ipsi namque Iudaei dicunt;
 nonne ex semine Dauid,
 & Bethleem castello, vnde
 erat Dauid, venit Christus?

Nemo igitur illum filium
 Abrahæ, sed omnes filium
 Dauid nominabant, qui
 etiam honorabiliores quos-
 que de sanctitate Reges,
 qui post Dauid fuisse refe-
 runtur, ab illo omnes voca-
 bant; Nec ipsi solum, verum
 etiam Deus. Nam & Eze-
 chiel, & alij Prophetæ di-
 cunt, Dauid surrecturum
 esse, atque venturum; non
 de illo utique mortuo iam
 loquentes; sed de ijs, qui
 illius virtutem erant imita-
 turi. Propterea igitur à no-
 tiore iuteritu, & celebra-
 tiore persona sumit exor-
 dium, & tum demum ad
 antiquiorem recurrit pa-
 rentem.

In Laudibus & commemoratione
ratio Fer.

Ad Vesperas duplex, ut in
primis Vesperis diei festi, cum
commem. Feria, ac S. Eusebii
Episcopi, & martyris.

DIE XV. DECEMBRIS.
IN DIE OCTAVA.

Conceptionis. Dupl. omnia
ut in die.

In primo Noctur. Lect. de
Scriptura occur. Et si occur-
rat Feria Quatuor Temp. Le-
ctiones primi Noct. erunt de
Parabolis. Ego Sapientia
habito. ut in Breu. in festo ad
Nives 5. Augusti, & ix. Lect.
de Homil. Quatuor Temp. &
de ea fit commemor. in Laud.

In secundo Nocturno.

De Expositione Sancti Gre-
gorij Papæ in libros
Regum.

In I. Regum 1. Lectio iv.

Fuit vir vnus de Rama-
thaim Sophim, de
monte Ephraim. Potest mō-
tis nomine beatissima sem-
per Virgo Maria, Dei Geni-
trix, designari. Mons quippè
fuit, quæ omnem electæ
creaturæ altitudinem, ele-
ctionis suæ dignitate tran-
scendit. Annon mons subli-
mis Maria, quæ, ut conce-
ptionem æterni Verbi per-
tingeret, meritorum ver-
ticem supra omnes Ange-

lorum choros, vsque ad
solum Deitatis erexit?

Huius enim montis præcel-
lentissimam dignitatem Isa-
ias vaticinans ait: Erit in
nouissimis diebus præpara-
tus mons domus Domini in
vertice montium. Mons
quippè in vertice montium
fuit, quia altitudo Mariæ
supra omnes sanctos re-
fulsit.

Et Conceptio gloriose vir-
ginis Mariæ ex semine
Abrahæ, ortæ de tribu Iuda,
clara ex stirpe Dauid:
Cuius vita inclyta cunctas
illustrat Ecclesias.

¶ Hodie concepta est beata
virgo Maria ex progenie
Dauid, cuius vita.

Ex Epistola S. Leonis Papæ
ad Pulcheriam Augustam.
Epist. 3. ante med. Lectio v.

Sacramentum recōcilia-
tionis nostræ, ante
tempora æterna dispositum,
nullæ implebant figuræ.
quia nondum superuenerat
Spiritus sanctus in Virgi-
nem, nec virtus Altissimi
obumbrauerat ei, ut & intra
intemerata viscera, ædifi-
cante sibi Sapientia domū,
Verbum caro fieret, & for-
ma Dei, ac forma serui in
vnam conueniente perso-
nam, Creator temporum
nasce-

nasceretur in tempore, & significat anima mea Dominus per quem facta sunt omnia, num, & exultauit spiritus ipse inter omnia gigneretur. meus in Deo salutari meo, Nisi enim nouus homo, factus in similitudinem carnis ancillæ suæ, ecce enim ex peccati, nostram susciperet hoc beatam me dicent' omnes generationes: Quod si uetustatem, & consubstantialis Patri, consubstantialis animum accommodaueris esse dignaretur & Matri, uniuersis eius uerbis, non naturamque sibi nostram, utique contentiosè negaueris; eam fuisse Prophetissam, quod Domini spiritus teneretur humana captiuitas. & Cum iucunditate in eam superuenerit, & uirtus Altissimi obumbrauerit Conceptionem beatæ Mariæ celebremus; * Ut ipsa Genitrix uirgo, gaudium annunciatum uniuerso mundo: * pro nobis intercedat ad Dominum Iesum Christum. * Ex te enim ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster: * Corde, & animo Christo canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcellæ genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa. * Qui soluens maledictionem, dedit benedictionem; & confundens mortem, donauit nobis uitam sempiternam. * Benedictus tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim ortus est. Gloria Patri. Qui.

De Expositione S. Basilij
Episcopi In Isaiam
Prophetam.

In cap. 8. post inis. Lectio vi.

Accessit, inquit, ad Prophetissam, in utero accepit, & peperit Filium. Quod Maria Prophetissa fuerit, ad quam proximè accessit Isaias per prænotionem spiritus, nemo contradixerit, qui sit memor uerborum Mariæ, quæ prophetico afflata spiritu elocuta est, quid enim ait? Ma-

Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 1.

Liber generationis Iesu Christi, filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Et reliqua.

De Homilia Sancti Ioannis

Lectio viij.

Chrysofomi.

Dvo sunt, quæ pariunt quæstionem. Vnum, quæ causa sit, vt in generationum catalogo virgo si leatur: alterum verò, qua ratione Ioseph memoretur, cui certe nihil cum Christi generatione est commune? Videtur enim & vnum abundare, & alterum deesse. Quid ergo dicemus? quodd vtique primum illud necesse fuerat memorari; quemadmodum ex David Virgo descendit. Vnde hoc itaque discemus? Audi ad Gabriel loquentem Dominum: vade ad Virginem desponsatam viro, cui nomen Ioseph, ex domo, & familia David. Quid vis audire manifestius, cum ex domo, & familia David illam Virginem esse cognoscas?

℞. Beatam me dicent omnes generationes; * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. ♪. Et misericordia eius a progenie in progenie, timentibus eum. Quia fecit.

Non erat mos apud Hebræos; generationum catalogum per foeminas texere. Vt ergo & morem custodiret (ne in ipso statim principio videretur antiqua destruere;) & nobis Virginem certius indicaret, parentes eius reticens, atque maiores; de Ioseph generatione non tacuit; siue enim hæc fecisset in Virgine, nouitatis non effugisset inuidiam; siue Ioseph reticisset, non agnosceremus, ex qua tribu Virgo subsisteret. Vt ergo & nos discerneremus, quæ esset Maria; vel vnde, & consuetudo permaneret immobilis; generationum catalogum vsq; ad sponsum eius perduxit, ac de domo illum David esse monstrauit.

℞. Fœlix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima; * Quia ex te ortus est Sol iustitiæ, * Christus Deus noster. ♪. Ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto foemineo sexu: sentiant omnes tuum inuamens, quicumque celebrant tuam sanctam Conceptionem. Quia ex te. Gloria patri, Christus,

Lectio

Lectio ix.

Raymundi dies.

HOc enim declarato ,
illud quoque pariter
ostendit , quòd scilicet in-
de esset & virgo , quia uti-
que nequaquam iustus iste
pateretur uxorem sibi aliū-
de , quam vnde lex præci-
piebat , eligere . Possumus
verò aliam quoque & altio-
rem quidem proferre ratio-
nem , ob quam parentes
Virginis prætermissi sunt ,
sed quæ ea est ? noluit Euā-
gelista , recenti adhuc tem-
pore noui illius , admirandi-
que partus Iudæis esse ma-
nifestum , quòd Christus
natus fuisset ex Virgine .
Neque proprius noster hic
sermo est , sed à nobis de
Patrum , atque insignium
virorum traditione susce-
ptus . Te Deum .

*In Laudibus sic commemor.
Feria, ac S. Eusebii Episcopi, &
martyris .*

DIE XXIII. IANVARII.

*In festo S. Raymundi de
Penna fort. semiduplex .*

*Oratio . Deus , qui nos . de
Communi Confessoris non Pen-
tificis , primo loco , cum commo-
morat . S. Emerentiana Virg.
& mart. ut in Breuiario .*

*Lectioes primi Nocturni de
Script. occurrente .*

In secundo Nocturno . Beati

*In tertio Nocturno , Homilia
in Euangelium . Sint lumbi
uestri præcincti . de eodem
Communi , cum nona Lectioe
de S. Emerentiana , & de ea sit
commemor. in Laudibus .*

*In ij Vesperis , à Capit. de S.
Timotheo Episc. & mart. cum
commem. S. Raymundi .*

DIE XXIX. IANVARII.

*In festo S. Francisci Salesij
Episc. & Conf. semiduplex .*

*In Hymno . Iste Confessor ,
dicatur ;*

Hac die lætus meruit su-
premos Laudis honores .

ORATIO.

DEus , qui ad animarum
salutem , beatū Fran-
ciscum confessorem tuum ,
atque Pontificem , omnibus
omnia factum esse voluisti ;
concede propitius , vt cha-
ritatis tuæ dulcedine per-
fusi , eius dirigentibus mo-
nitis , ac suffragantibus me-
ritis , æterna gaudia conse-
quamur . Per Dominum no-
strum .

*In primo Nocturno , Lectioes
de Script. occurrente .*

In secundo Nocturno .

Lectio iu.

FRANCISCUS in Oppido Sa-
lesio , vnde familiæ co-
gnomè , pijs , & nobilib⁹ parè
tib⁹ natus , à teneris ænis futu-

re Săcilitatis indicia pręquit, que Genevę finitimis popu-
merum innocētia, & gra-
uitate. Adolescens libera-
libus disciplinis eruditus;
mox Philosophiæ, ac Theo-
logiæ Parisijs operam de-
dit; & ne quid sibi deesset
ad animi culturam, iuris
vtriusque lauream, summa-
cum laude, Patauij obtinuit.
In sacra Æde Lauretana,
perpetuę virginitatis vo-
tum, quo pridem Parisijs se
obstrinxerat, innouauit. A
cuius virtutis proposito,
nullis vnuquam Dæmonum
fraudibus, nullis sensuum
illeceberis, potuit dimoue-
ri.
ꝛ. Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo vixi
eum: * Manus enim mea
auxiliabitur ei. ꝑ. Nihil
proficiet inimicus in eo, &
filius iniquitatis non noc-
bit eis Manus.

Leſtio v.

Recusata in Sabaudię
Senatu amplissima di-
gnitate, Clericali militiæ
nomen dedit; tum Sacerdo-
tio initiatus, & Geneuensis
Ecclesię Pręposituram ade-
ptus, eius muneris partes
adedo perfectè expleuit; vt
eum Granerius Episcopus,
vindicanđis ab hęresi Calui-
niana Chaballicęsibus, alijs-

lis, Diuini verbi præconem
destinavit. Quam expedi-
tionem alacri animo susci-
piens, asperima quęque
perpeſſus est, sæpè ab hę-
reticis conquisitus ad ne-
cem, varijsque calumnijs,
& insidijs vexatus. Sed
inter tot discrimina, & ago-
nes, insuperabilis eius con-
stantia semper emittit, Dei-
que ope protectus septua-
ginta duo millia hęretico-
rum ad Catholicam fidem
reduxisse dicitur. inter quos
multi nobilitate, & doctrina
insignes numerantur. ꝛ. Po-
sui adiutorium super poten-
tem, & exaltaui electum de
plebe mea: * Manus enim
mea auxiliabitur ei.

ꝑ. Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo vixi
eum. Manus enim mea.

Leſtio viij.

Mortuo Granerio, qui
eum sibi Coadiuto-
rem decerni curauerat,
Episcopus consecratus, San-
ctitatis suę radios circum-
quaque diffudit, zelo Eccle-
siasticę disciplinę, pacis
studio, misericordia in pau-
peres, omnique virtute con-
spiciuus. Ad Diuini Cultus
augmentum, nouum ordi-
nem sanctimonialium insti-
tuit

tuit à Visitatione beatæ v. Iste est, qui contempfit Virginis nuncupatum sub vitam mundi, & peruenit regula Sancti Augustini, ad cœlestia regna. Ipse, cui addidit constitutiones, intercedat. Gloria Patri. sapientia, discretione, & Ipse.

itaque scriptis cœlesti do- *In tertio Nocturno, Hœmil. in Euangel. Homo peregrè proficiscens. ut in Comuni Confess. Pontif primo loco.*

ctrina refertis Ecclesiam il- *In Vesp. à Capitulo fit de S. Martina Virg. & Mart. cum comm. S. Francisci.*

lustrauit, quibus iter ad *DIE XXIX. IANVARII.*

Christianam perfectionem *In festo S. Petri Nolasco Confess. Dupl.*

tutum, & planum demon- *In Hymno. Iste Confessor, dicatur.*

strat. Annum denique agens *Hac die lætus meruit supremos.*

quinquagesimum quintum, *Laudis honores.*

dum è Gallia Annesium re- *ORATIO.*

greditur, post sacrum, in- *D*EUS, qui in tuæ chari-

die Sancti Ioannis Euange- *tatis exemplum, ad*

listæ, Lugduni celebratum, *Fidelium Redemptionem,*

gravi morbo correptus, *sanctum Petrum Nolasco,*

sequenti die migravit in- *Ecclesiam tuam noua prole*

cœlum: anno Domini mil- *fecundare diuinitus docui-*

lesimo sexcentesimo vicesi- *sti: ipsius nobis intercessio-*

mo secundo. Eius corpus *ne concede; à peccati ser-*

Annesium delatum, in Eccle- *uitute solutis, in cœlesti*

sia Monachum dicti Ordinis *patria perpetua libertate*

honorificè conditum fuit, *gaudere. Qui viuus, &*

capitque statim miraculis *regnas, &c.*

clarefcere. Quibus rite pro- *Deinde fit commemor. S.*

baris, ab Alexandro septimo *Martine.*

Pontifice Maximo, in San- *Antiphona. Veni sponsa*

ctorum numerum relatus *Christi.*

est, assignata eius festiuitati *v. Diffusa est. Oratio, ut*

die vigesima nona Ianuarij. *B 3*

&c. Iste est, qui ante Deum *111*

magnas virtutes operatus *est, & omnis terra doctrina*

est, & omnis terra doctrina *eius repleta est: * Ipse in-*

tercedat pro peccatis om- *nium populorum.*

in Breuiario.

In 1. Noctur. Lect. de Script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Nolasco Recaudi propè Carcaſonam in Gallia nobili genere natus, ſingulari erga proximum, charitate excelluit; cuius virtutis præſagium fuit; quod cum adhuc in cunabulis vagiret infans, examen apum ad eum conuolauit, & fauum mellis in eius dextera conſtruxit. Adoleſcens parentibus orbatus Albigenſium hæreſim, quæ tunc in Gallia graſſabatur, execrans; diuendito patrimonio in Hispaniam ſeceſſit, & apud Beatam Virginem Montis Serrati, votum, quo pridem ſe obſtrixerat, exoluit. Tum Barchinonam pergens, cum Chriſti fidelibus ab hoſtium ſeruitute redimendis, omnem pecuniam conſumpſiſſet, ſe ipſum pro ijs liberandis venum ire, aut in illorum vincula ſuffici, cupere dictabat.

ꝫ. Honèſtum fecit illum Dominus, & cuſtodiuit eum ab inimicis, & à ſeductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æter-

nam. ꝯ. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Quam gratum Deo fuerit hoc Sancti viri deſiderium, ſubſequens declarauit euentus: Nam noctu oranti, & de Chriſtianorum in captiuitate degentium ſubſidio, multa animo voluenti, Beata Virgo apparens, filio ſuo, ſibi que acceptiſſimum fore, ſuggeſſit; ſi ad ſui honorem Religioſorum Ordo inſtitueretur, quibus præcipuè eſſet cura, captiuos ab infidelium tyrannide liberare. Huic cæleſti monito illico obtemperans, vnà cum Sancto Raymundo de Pennafort, & Iacobo Primo Rege Aragoniæ de eadem re à Dei Genitrice ipſa nocte præmonitis, Religionem Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum inſtituit. Sodalibus ſuis quarto voto obſtrictis, manendi in pignus ſub Paganorum poteſtate, ſi, pro Chriſtianorum liberatione, opus fuerit. ꝫ. Amauit eum Dominus, & ornauit eum, ſtolam gloriæ induit eum: * Et ad portas Paradifi corog-

nant

navit eum. *ψ.* Induit eum
Dominus loriceam fidei, &
ornavit eum. Et.

Lectio vi.

EDITO virginitatis voto,
illibatam perpetuò ca-
stiratem servavit. Patientia,
Humilitate, Abstinencia, cæ-
terisque virtutibus mirabi-
liter enituit. Prophetæ do-
no illustris, futura prædi-
xit; inter quæ maximè cele-
bratur. Quod Iacobus Rex,
Valentiam à Mauris occu-
patam expugnauerit, acce-
pta prius ab eo obtinendæ
victoriæ securitate, Angeli
Custodis, ac Deiparæ Vir-
ginis frequenti apparitione
recreabatur. Senio tandem
confectus, de iminenti mor-
te certior factus, in mor-
bum incidit: Sanctisque re-
fectus Sacramentis, fratres
suos ad charitatem erga
captivos cohortatus, &
Psalmum Confitebor tibi
Domine in toto corde meo,
deuotissimè recitans; ad illa
verba: Redemptionem misit
Dominus populo suo, spi-
ritum Deo reddidit media
nocte Vigiliæ Natiuitatis
Domini, anno millesimo du-
centesimo quinquagesimo
sexto. Cuius festiuitatem
Alexander septimus die tri-
gesima prima Ianuarij cels-

brari præcepit. *ψ.* Ille homo
perfectit omnia, quæ locutus
est ei Deus, & dixit ad
eum: Ingredere in requiem
meam: *ψ.* Quia te vidi iustum
coram me ex omnibus gen-
tibus. *ψ.* Ille est, qui contem-
psit vitam mundi, & perue-
nit ad cœlestia regna. Quia
te. Gloria Patri. Quia te.

*In iij. Noct. Homil. in Euan-
gelium.*

Nolite timere pusillus
grex. *ut in Communi Confess.
non Pontif. ij. loco.*

*In ij. Vesperis fit commemor.
de S. Ignatio Episcopo, &
martyre.*

DIE XIX. MARTII.

*In festo Sancti Iosephi Con-
fessoris.*

Duplex secunda Classis.

*Omnia de Communi Conf.
non Pont. præter ea, quæ hic
habentur propria.*

Ad Vesperas, Capitulum.

Eccl. 51.

BEATUS vir, qui inuentus
est sine macula: & qui
post aurum non abiit, nec
speravit in pecuniæ thesau-
ris: quis est hic, & laudabi-
mus eum? fecit enim mira-
bilis in vita sua.

Hymnus.

TE Ioseph, celebrent
agmina Cœlitum.
Te cuncti resonent Chri-
stiadum

stium Chori,
 Qui clarus meritis iunctus
 es inclytæ
 Casto fœdere Virgini.
 Almo cū tumidam germine
 Coniugem
 Admirans; dubio tangeris
 anxius
 Aflatu superi flaminis
 Angelus
 Conceptū puerū docet.
 Tu natum Dominū stringis,
 ad exteras
 Egypti profugū tu seque-
 ris plagas;
 Amissum; Solyms queris,
 & inuenis.
 Miscens gaudia fletibus.
 Post mortem reliquos, mors
 pia consecrat,
 Palmamq; emeritos gloria
 suscipit,
 Tu viuens, superis par,
 frueris Deo,
 Mira sorte beator.
 Nobis summa Trias parce
 precantibus,
 Da Ioseph meritis sydera
 scandere:
 Vt tandem liceat, nos tibi
 perpetim,
 Gratū promere Canticū.
 Amen.
 y. Os iusti meditabitur sa-
 pientiam.
 z. Et lingua eius loquetur
 iudicium.

Ad Magnificat, Antiphon.
 Ioseph fili: Dauid noli time-
 re accipere Mariam coniu-
 gem tuam, quod enim in ea
 natum est, de Spiritu sancto
 est; pariet autem filium, &
 vocabis nomen eius Iesum.

ORATIO.

Santissimę Genitricis tuę
 Sponsi, quę sumus, Do-
 mine meritis adiuuemur; vt
 quod possibilitas nostra,
 non obtinet, eius nobis in-
 tercessione donetur. Qui
 viuus, & regnas, &c.

*Deinde fit commemor. Feria
 occurrentis in vtrisque Vesperis,
 & Laudibus, si celebretur
 in Quadragesima.*

Ad Matutinum, Hymnus.

Cœlitum Ioseph decus,
 atque nostrę
 Certa spes vitę, cœlumq;
 mundi,
 Quas tibi læti canimus,
 benignus.
 Suscipe Laudes.

Te sator rerum statuit pu-
 dicę
 Virginis sponsum, voluitq;
 Verbi
 Te Patrem dici, dedit &
 ministrum
 Esse salutis.

Tu Redemptorem stabulo
 iacentem,
 Quem Chorus Varum ce-
 cin: t futurum

Aspicias gaudens, humilifq;
natum
Numen adoras .

Rex Deus Regum , domina-
tor orbis

Cuius ad nutum tremit in-
ferorum

Turba, cui pronus famula-
tur Æther,
Se tibi subdit.

Laus fit excelsæ Triadi pe-
rennis ,

Quæ tibi præbens superos
honores ,

Det tuis nobis meritis
beatæ

Gaudia vitæ . Amen .

*Lectioes primi, secundi, ac
tertij Nocturni , ut in Breui-
rio in eius festo .*

Ad Laudes . Hymnus .

Iste , quem læti colimus
fideles ,

Cuius excelsos canimus
triumphos ,

Hac die, Ioseph , meruit
perennis

Gaudia vitæ .

O nimis foelix ; nimis ò
beatus ,

Cuius extremam , vigiles ,
ad horam

Christus , & Virgo simul
astiterunt

Ore sereno .

Hinc stygis victor , laqueo
solutus

Carnis , ad sedes placi-

do sopore

Migrat æternas, rutilisque
cingit

Tempora fertis

Ergo regnantem flagitemus
omnes

Adsit vt nobis , veniamque
nostris

Obtinens culpis , tribuar
supernæ

Munera pacis .

Sint tibi plausus , tibi sint
honores ,

Trine, qui regnas , Deus ;
Et coronas .

Aureas seruo tribuis fideli
Omne per æuum .

Amen .

ψ. Iustum deduxit Dominus
per vias rectas .

℞. Et ostendit illi regnum
Dei .

Ad Benedic. Antiphon.

Angelus Domini apparuit
in somnis Ioseph , dicens :

surge , & accipe puerum ,
& Matrem eius , & vade in

terram Israel , defuncti sunt
enim , qui quærebant ani-

mam pueri .

*In ij. Vesp. Capit. & Hymn.
ut supr. in 1.*

ψ. Iustus , vt palmâ florebit .

℞. Sicut cedrus Libani mul-
tiplicabitur .

Ad Magnificat, Antiph.

Missus est Angelus Gabriel
ad Virginem desponsatam
viro,

viro, cui nomen erat Ioseph, liauit, castam, & operi-
de domo Dauid, & nomen, bus misericordix exerci-
Virginis Maria, de qua natus tam viduitatem agebat: in
est Iesus, qui vocatur Chri- assiduis verò ad Deum ora-
stus. *Oratio.* Sanctissimę Ge- tionibus pro filio, qui in Ma-
nitricis tuę Sponsi. *ut su- nichæorum sectam incide-
prà.* rat, lacrymas effundebat:

*Deinde fit commemor. S. Ioa- quem etiam Mediolanum
chim, & Feria occurrentis.*

DIE IV. MAII.

*In festo S. Monica Vidua .
semidup.*

*Omnia de communi San-
ctarum nec Virginum, nec
Martyrum, præter ea, quæ hic
habentur.*

ORATIO.

DEUS incoerentium con-
solator, & in te spe-
rantium salus: qui beatæ
Monicæ piis lacrymas in
Conuersione filij sui Au-
gustini misericorditer susce-
pisti: da nobis vtriusque in-
teruentu peccata nostra
deplorare, & gratiæ tuæ in-
dulgentiam inuenire. Per
Dominum nostrum.

*In 1. Noct. Lect. de Scriptur.
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Monica, Sancti Augu-
stini dupliciter Ma-
ter, quæ eam & mundo, &
cælo peperit, marito mor-
tuo, quem senectute conse-
cram Iesu Christo conci-

secuta est: vbi ipsum fre-
quenter hortabatur, vt ad
Episcopum Ambrosium se
conferret. Quod cum ille
fecisset, eius & publicis cõ-
cionibus, & priuatis collo-
quijs catholice fidei veri-
tatem, edoctus ab eodem
baptizatus est. Propter
veritatem, & mansuetudi-
nem, & iustitiam: Et dedu-
cet te mirabiliter dextera
tua, alleluia. y. Specie tua,
& pulchritudine tua, inten-
de, prosperè procede, & re-
gna. Et deducet.

Lectio v.

MOx in Africam rede-
untes, cum ad Ostia
Tiberina constitissent, inci-
dit in febrem. Quo in mor-
bo cum eam quodam die
anima defecisset, vt se col-
legit: Vbi, inquit, eram? Et
astantes intuens: Ponite hic
Matrem vestram, tantum
vos rogo, vt ad Altare Do-
mini memineritis mei. Non
autem die beata mulier
animam Deo reddidit. Eius
corpus

corpus ibi in Ecclesia sanctæ Aureæ sepultum est : me multos annos fleuerat , quod postea Martino V. Summo Pontifice Romano translatum , in Ecclesia Sancti Augustini honorificè conditum est .

R. Dilexisti iustitiam , & odisti iniquitatem : * Propterea vixit te Deus , Deus tuus oleo lætitiæ , alleluia .
 y. Propter veritatem , & mansuetudinem , & iustitiam Propterea vixit .

*Ex lib. 9. Confess. cap. 12.
 Lectio vi.*

Subdit verò Augustinus, de Matris morte disserens ; neque enim decere arbitrabamur : fuit illud quæstibus lacrymosis , gemitibusque celebrare , quia illa nec misere , nec omninò moriebatur , hoc & documentis morum eius , & fide non ficta , rationibusque certis tenebamus . Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum Ancillam tuam , conuersationemque eius piam in te , & sanctam ; in nos blandam , atque morigeram , quæ subito destitutus sum , & libuit flere de illa , & pro illa , & si quis peccatum inuenerit fleuisse me Matrem meam exigua parte horæ , Matrem

oculis meis mortuam , quæ ut oculis suis viuerem ; non irrideat , sed potius si est grandi charitate , pro peccatis meis fleat ipse ad te Patrem omnium fratrum Christi tui .

R. Fallax gratia , & vana est pulchritudo : * Mulier timens Deum , ipsa laudabitur , allel .

y. Date ei de fructu manuum suarum , & laudent eam in portis opera eius . Mulier .
 Gloria Patri . Mulier .

In tertio Nocturno .

Lectio sancti Evangelij secundum Lucam .

Lectio vij. Cap. 7.

In illo tempore : Ibat Iesus in ciuitatem , quæ vocatur Naim : & ibant cum eo discipuli eius , & turba copiosa . Et rel .

Homil. S. Augustini Episcop. *Serm. 44. de verbis Domini .*

De inuene illo resuscitato gauisa est mater vidua , de hominibus quotidie in spiritu resuscitatis gaudet Mater Ecclesia . Ille quidem mortuus erat corpore , illi autem mente . Illius mors visibilis , visibiliter plangebatur , illorum mors inuisibilis nec querebatur , nec videbatur . Quæ fuit

fuit ille, qui nouerat mortuos. Ille solus nouerat mortuos, qui poterat facere viuos. Nisi enim ad mortuos suscitandos uenisset, Apostolus non diceret, Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus. & Os suum aperuit sapientia, & lex clementia in lingua eius: considerauit semitas domus suae: * Et panem otiosa non comedit, allel. y. Gustauit, & vidit, quia bona est negociatio eius; non extinguetur in nocte lucerna eius. Et.

Leſtio viij.

Tres autem mortuos inuenimus à Domino resuscitatos uisibiliter, millia inuisibiliter. Quot autem mortuos inuisibiliter suscitauerit, quis nouit? Non enim omnia, quae fecit scripta sunt. Ioannes hoc dicit: Multa alia signa fecit Iesus, quae si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Multi sunt ergo alij sine dubio suscitati, sed non frustra tres commemorati. Dñs enim noster Iesus Christus, ea quae faciebat corporaliter, etiam spiritaliter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat, sed

ut illa, quae faciebat mirarentur uidentibus, uera essent intelligentibus. & Regnum mundi, & omnem ornatum saeculi contempſi propter amorem Domini mei Iesu Christi: * Quem uidi, quem amavi, in quem credidi, quem dilexi. allel. y. Eructauit cor meum uerbum bonum: dico ego opera mea regi. Quem. Gloria. Quem.

Leſtio ix.

Quemadmodum qui uidet litteras in codice optime scripto, & non nouit legere, laudat quidem antiquarij manum, admirans apicum pulchritudinem: Sed quid sibi uelint, quid indigent illi apices, nescit; & est oculis laudator, mente non cognitor. Alius autem, & laudat artificium, & capit intellectum: ille utique qui non solum uidere, quod commune est omnibus, potest, sed etiam legere, quod qui non didicit, non potest. Ita qui uiderunt Christi miracula, & non intellexerunt, quid sibi uellent, & quid intelligentibus quodammodo innuerent, mirati sunt tantum, quia facta sunt; alij uero, & facta mirati, & intellecta affecti. Tales nos in schola Christi esse debemus.

debemus. Te Deum lau-
damus.

DIE XVIII. MAII.

In festo S. Venantij Mart.

Semid.

Omnia de Communi unius
Mart. tempore Paschali, vel
extra (prout occiderit.)

Ad Vesperas Capitulum.

Sap. 5.

STabunt iusti in magna
constantia aduersus eos,
qui se angustiauerunt, & qui
abstulerunt labores eorum.

Vel Capitulum. Iac. 1.

BEatus vir, qui suffert
tentationem; quoniam
cum probatus fuerit, acci-
piet coronam vitæ, quam
repromisit Deus diligentibus se.

Hymnus,

Martyr Dei Venantius
Lux, & decus Camertiū
Tortore victo, & iudice
Lætus triumphū cōcinit.

Annis puer, post vincula,
post carceres, post verbera
Longa fame frementibus
Cibus datur Leonibus.

Sed eius innocentiz
Parcit Leonū immanitas,
Pedesq; lambunt Martyris
Ire, famisq; immemores.

Verfo deorsum vertice
Haurire fumum cogitur
Costas vtring; & viscera,
Succensa lampas vstulat.

Sit laus Patri, sit Filio,
Tibique Sancte Spiritus,

Da per preces Venantij
Beata nobis gaudia. Amē.

ψ. Sancti, & iusti in Domino
gaudete, allel.

℞. Vos elegit Deus in hære-
ditatem sibi, allel.

Ad Magnificat, Antiphona.

Lux perpetua lucebit sãctis
tuis Domine; & æternitas
temporum, allel.

Vel ψ. Gloria, & honore co-
ronasti eum Domine.

℞. Et constituisti eum super
opera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Antiphona.

Iste sanctus pro lege Dei
sui certauit vsque ad mortē,
& à verbis impiorum nō ti-
muit; fundatus enim erat su-
pra firmam petram.

Oratio.

DEus, qui hunc diē, bea-
ti Venantij Martyris
tui triumpho consecrasti;
exaudi preces populi tui,
& præsta; vt qui eius merita
veneramur, fidei constan-
tiam imitemur. Per Domi-
num.

Ad Matutin. Inuicator.

Exultent in Domino sancti,*
Alleluia. Vel.

Regem Martyrum Dominū,
* Venite, adoremus.

Psalmus. Venite exultemus,

Hymnus.

Hymnus.

Athleta Christi nobilis
 Idola dānat gentium,
 Deique amore faucibus
 Vitæ pericla despicit.
 Loris reuinctus asperis
 E rupe præceps voluitur:
 Spinea vultum lancinant,
 Per saxa corpus scinditur.
 Dum mēbra raprāt Martyris
 Languent siti satellites;
 Signo Crucis Venantius
 E rupe fontes elicit.
 Bellator ò fortissimè,
 Qui perfidis tortoribus
 E cautè præbes poculum,
 Nos rore gratiæ irriga.
 Sit laus Patri, sit Filio,
 Tibique sancte Spiritus,
 Da per preces Venanti
 Beata nobis gaudia.
 Amen.

*In 1. Noctur. Lect. de Scriptur.
 occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Venātius Camers quin-
 decim annos natus,
 cūm Christianæ Religionis
 accusaretur apud Antio-
 chum, qui sub Decio Im-
 peratore Camertino præ-
 rat, in Porta Ciuitatis Præ-
 fidi se obtulit; quem ille
 pollicitationibus, ac terro-
 ribus diū tentatum, flagris
 cædi, & vinculis astringi
 iussit; Sed ijs mirabiliter ab

Angelo solutus, lampadibus
 postea aduritur, atque in-
 uerso ore, fumo supposito,
 suspenditur; Eius constan-
 tiam in tormentis admira-
 tus Anastasius Cornicula-
 rius, & quod eum ab Ange-
 lo iterum solutum candida
 veste supra fumum ambu-
 lantem vidisset, in Christum
 credidit, & à beato Porphy-
 rio Presbytero cum familia
 baptizatus, paulò post mar-
 tyrij palmam, cum eodem
 promeruit. *Æ. Lux perpetua.
 Vel Honestum fecit.*

Lectio v.

AT Venantius Præfidi
 ficitur, & ab eo ite-
 rum frustra tentatus, vt
 Christi fidem desereret, in
 carcerem conijcitur; quò
 Attalus Præco mittitur,
 qui ei dicat, se quoque Chri-
 stianum fuisse, & ei nomini
 propterea renunciaffe, quòd
 cognouisset, inane esse fidei
 commentum, quo Christiani
 præsentibus se abdicant ob
 vanam futurorum spem.
 Verū nobilis Christi athle-
 ta callidi hostis insidias non
 ignorans, diaboli ministrum
 à se penitus reiecit; quare
 ad præfidem iterum addu-
 cto omnes contusi sunt den-
 tes, maxillæque contractæ,
 atque ita cæsus in sterquilium

nium dei jicitur. Sed inde denuò per loca aspera ad ab Angelo quoque ereptus, mille passus trahitur, vbi rursus stetit ante Iudicem, milicibus sibi æstantibus in qui Venantio adhuc loquente è tribunali cecidit, & in ea voce, verus est Venantij Deus, nostros Deos destruite; exclamans, expiravit. & In seruis suis. *Vel Desiderium animæ.*

Lectio vi.

Quod cum Præsidi nunciatum esset, exemplo Venantium Leonibus objici iussit, qui naturali feritate omnia ad eius se pedes abiecerunt, interim ille populum Christi fidem edocebat; quare inde amotus iterum in carcerem traditur, cumque postridie Præsidi referret Porphyrius, se per visum noctu populos, quos Venantius aqua tingebat clarissima luce fulgentes, ipsum verò Præsidem obscurissima caligine operum vidisse, Præsides ira insensus cum illico capite plecti imperat, deinde Venantium per loca vepribus, & carduis confita trahi usque ad Vesperam. Is cum semianimis relictus esset, mane se iterum Præsidi presentavit, cuius iussu statim è rupe præcipitatur, sed inde etiam diuinius ereptus,

denuò per loca aspera ad mille passus trahitur, vbi rursus stetit ante Iudicem, milicibus sibi æstantibus in proxima conualle, ex lapide, in quo, & genuum formam reliquit, sicut etiam nunc in eius Ecclesia videre licet, Crucis signo à Venantio facto, aquæ manarunt. Eo miraculo plures permoti in Christum crediderunt.

quos omnes Præsides eò loci una cum Venantio capite feriri iussit. Fulgura, & terremotus eo tempore ita magni fuerunt, vt Præsides aufereret; qui paucis tamen post diebus diuinam haud valens effugere iustitiam, turpissimam mortem oppetit, Christiani interim Venantij, & aliorum corpora honorifico loco sepelierunt, quæ Camerini in Ecclesia Venantio dicata, cõdita adhuc sunt. & Filia Ierusalem. *Vel Stola iucunditatis,*

In tertio Nocturno, Homilia S. Augustini Episcopi in Euangel. Ego sum vitis vera, & Pater meus, &c. vt in Communi Martyr. Tempore Paschali.

Extra tempus Pasch. Homilia Sancti Gregorij Papa in Euang. Si quis venit ad me de Communi unius Martyr. primo loco.

Ad Laudes, & per Horas, multiplicabitur.

Antiph. Sancti tui Domine. Ad Benedictus Antiphona,
Vel Qui me confessus fue- Qui odit animam suam in
rit. Capitulum ut supra. hoc mundo, in vitam æter-
nam custodit eam.

Hymnus.

Dvm nocte pulsa Lucifer *Oratio ut supra.*
 Diē propinquā nūciat *In Vesperis a Capitulo de*
 Nobis refert Venantius *sequenti, commemoratio pra-*
 Lucis beatæ munera. *cedentis.*

Nam criminum caliginem *DIE XIX. MAII.*
 Stygisque noctem depulit *In festo S. Petri Cælestini*
 Veroque Ciues lumine *Papa, & Confess. Semidupl.*
 Diuinitatis imbuat. *Oratio.*

Aquis Sacri baptismatis **D**EUS, qui beatum Petrum
 Iustravit ille patriam *Cælestinum ad sum-*
 Quos tinxit vnda milites *mi Pontificatus apicem su-*
 In astra misit Martyres; *blimasti, quique illum hu-*
 Nunc Angelorum particeps *militati postponere docui-*
 Adesto votis supplicamus; *sti; concede propitius, vt*
 Procul repelle crimina *eius exemplo cuncta mundi*
 Tuumque lumen ingere. *despicere, & ad promissa*
 Sit laus Patri, sit Filio, *humilibus premia perueni-*
 Tibique sancte Spiritus, *re feliciter mereamur. Per*
 Da per preces Venantij *Dominum.*
 Beata nobis gaudia.

Amen.

ψ. Pretiosa in conspectu Do- *Deinde fit commemorat. S.*
 mini, allel. *Venantij Martyris,*
 ✕. Mors sanctorum eius, *Antiphona. Sancti, & iusti.*
 alleluia. *ψ. Pretiosa in conspectu.*
Vel Antiph. Qui vult venire
post me.

Ad Benedictus, Antiphona. ψ. Iustus vt palma.
 Filia Ierusalem, venite, & *Oratio ut supra*
 videte Martyres cum coro- *Postea Sancta Pudentiana,*
 nis, quibus coronauit eos *Virginis.*

Dominus in die solemnita- *Antiph. Veni sponsa Christi.*
 tis, & lætitiæ, allel. allel. *ψ. Specie tua.*
Vel ψ. Iustus vt palma flore-
 bit. ✕. Sicut cedrus Libani *Oratio. Exaudi nos Deus,*
de Communi Virginum.

In primo Noct. Lect. de Scri-
ptura occurrentes

In secundo Nocturno,
Lect. iv.

Petrus à nomine, quo Pō-
tifex est appellatus, Cœlestinus dictus, honestis, Catholicisque parentibus Æternæ in Samnitibus natus, adolescentiam vix ingressus, ut animum à mundi illecebris custodiret, in solitudinem secessit. Ibi contemplationibus mentem nutriens, corpus in seruitutem redigens, ferream catenam ad nudam carnem adhibebat. Congregationem, quæ postea Cœlestinorum dicta est, sub Regula Sancti Benedicti instituit. Hinc quasi lucerna, sub candelabrum posita, cum abscondi nequirit (Romana Ecclesia diu viduata Pastore) in Petri cathedram ignorans, & absens ascitus, & magna no-uitatis admiratione, non minus quam repentino gaudio cunctos affecit. Cum autem in Pontificatus sublimitate collocatus varijs distentus curis, assuetis incumbere meditationibus vix posse cognosceret; oneri pariter, & honori voluntariè cessit; Indeque priscam vitæ rationem repetens, obdor-

miuit in Domino. Eiusque pretiosam mortem Crux præfulgens in aere ante cubiculi ostium reddidit amplius gloriosam. Miraculis multis tam viuens, quam post obitum claruit, quibus ritè examinatis, Clemens Quintus, anno postquam decessit vndecimo, Sanctorum numero adscripsit.

℞. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi cum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ψ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim mea.

Ex libro Moralium S. Gregorij Papæ.

Lib. 10. cap. 16. in c. 12. Job.
Lectio v.

Derideretur iusti simplicitas. Huius mundi sapientia est, cor machinationibus regere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt, vera ostendere; quæ vera sunt, falsa demonstrare. Hæc nimirum prudentia, vsu à iuuenibus scitur; hæc à pueris pretio discitur; hanc qui sciunt, cæteros despiciendo superbiunt; hanc qui nesciunt, subiecti, & timidi in alijs mirantur: quia ab eis hæc eadem duplicitatis ini-

quitas nomine palliata diligitur, dum mentis peruersitas, urbanitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus precipit honorum culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gaudere, irrogata ab alijs mala multiplicius reddere: cum vires suppetunt, nullis resistentibus cedere; cum virtutibus possibilitas deest, quidquid explere per malitiam non valent, hoc in pacifica bonitate simulare.

ꝰ. Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.
 ꝱ. Inueni David seruum meum oleo sancto meo unxi eum.
 Manus.

Lectio vi.

AT contra, sapientia iustorum est, nil per ostensionem fingere, sensum verbis aperire, vera ut sunt, diligere, falsa deuitare, & bona gratis exhibere, mala libentius tolerare, quam facere, nullam iniuriæ vitio- nem quærere, pro veritate contumeliam lucrum putare. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius mundi sapientibus, puritatis virtus, fatuitas creditur. Omne enim, quod

innocenter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur: & quidquid in opere veritas approbat, carnali sapientiæ fatuum sonat. Quid namque stultius videtur mundo, quam mentem verbis ostendere, nil callida machinatione simulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, paupertatem quærere, possessa relinquere, rapienti non resistere, percutienti alteram maxillam præbere.

ꝰ. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

ꝱ. Iste est, qui contempfit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse.

In tertio Nocturno, Homil. Venerabilis Beda in Euangel. Ecce nos reliquimus omnia. ut in Conuersione S. Pauli 25. Ianuarij.

ꝰ. vij. Amavit eum Dominus, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronauit eum.

ꝱ. Induit eum Dominus lorricam

ricam fidei, & ornauit eum.
Et ad portas.

Be. viij. Sint lumbi vestri
præcincti, & lucernæ ar-
dentes in manibus vestris:
* Et vos similes hominibus,
expectantibus dominum,
suum, quando reuertatur à
nuptijs. *ψ.* Vigilate ergo,
quia nescitis, qua hora Do-
minus vester venturus sit.
Et vos. Gloria Patri. Et.

*Nona Lectio S. Pudenciana
Virginis, cum eius commemor.
in Laudibus.*

*Si autem hoc festum vene-
rit Feria ij. vel iij. Regat.
omittitur Lect. de S. Puden-
tiana, & legitur de Feria
& de ea fit commemor. in
Laudibus, ac S. Pudenciana
(quod in similibus seruetur)
& in ij. Vesp. fit à Capit. de
seq. & commem. præc.*

DIE XX. MAII.

*In festo S. Bernardini Senensis
Confessoris. Semiduplex.*

ORATIO.

Domine Iesu, qui beato
Bernardino Confesso-
ri tuo, eximium sancti no-
minis tui amorem tribuisti:
eius, quæsumus, meritis, &
intercessione, spiritum nobis
tuæ dilectionis benignus in-
funde. Qui viuus, &c.

*Deinde fit commemoratio
S. Petri.*

Antiph. Dum esset summus
Pontifex, terrena non me-
ruit, sed ad cælestia regna,
gloriosus migravit.

ψ. Iustum deduxit Dominus
suum, per vias rectas.

Be. Et ostendit illi regnum
Dei.

*In 1. Nocturno, Lect. de Script.
occurrente.*

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Bernardinus Albizese
nobili Senensi familia
ortus, ab ineunte ætate non
obscura sanctitatis dedit in-
dicia: nam à pijs parentibus
honestè educatus, neglectis
puerilibus laudis, inter pri-
ma grammaticæ studia,
pietatis operibus animum
intendit, ieiunijs, orationi,
& beatissimæ Virginis cul-
tui præcipuè addictus. Mi-
sericordia verò in pauperes
fuit insignis, quæ quidem
omnia procedente tempo-
re, quo melius posset exco-
lere, eorum numero adscri-
bi voluit, qui Senis in hos-
pitali domo Beatæ Mariæ
de Scala, Deo inserviunt,
vnde complures sanctitate
celebres viri prodierunt.
Ibi corporis afflictatione,
& ægrotantium cura, dum

atrox pestilentia grassare-
 tur, incredibili charitate
 sese exercuit. Inter cæteras
 autem virtutes, castitatem,
 egregia forma repugnante,
 sanctissimè custodiuit adeò:
 vt eo præsentè, nemo vn-
 quam, ne impudentissimus
 quidem, verbum minus ho-
 nestum proferre auderet.
 R. Honestum fecit illum,
 Dominus, & custodiuit eum
 ab inimicis, & a seductori-
 bus turauit illum: * Et dedit
 illi claritatem æternam.
 P. Iustum deduxit Dominus
 per vias rectas, & ostendit
 illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

GRaui morbo tentatus,
 eoque ad quatuor mē-
 ses patientissimè tolerato,
 demum incolumis de reli-
 giosæ vitæ instituto capes-
 sendo deliberare cœpit;
 quò vt sibi iam viam muni-
 ret, ædiculam in extrema
 Vrbe conduxit, in quam
 cum sese abdidisset, asperri-
 mam omni ex parte vitam
 trahebat, Deum assiduè o-
 rans, vt quid sibi sequen-
 dum esset, ostenderet. Quare
 diuinitus factum est, vt
 beati Francisci Ordinem
 præ cœteris optaret, in
 quo humilitate, patientia,
 alijsque religiosi hominis

virtutibus excelluit. Id cum
 cœnobij Rector animad-
 uerteret, iamque antea Ber-
 nardini doctrinam, & sacra-
 rum litterarum peritiam
 perspessam haberet, prædi-
 candi onus eidem imposuit:
 humillimè suscepto, cum
 se minus idoneum agnosce-
 ret, ob vocis exilitatem,
 ac raucitatem, Dei ope im-
 plorata, non sine miraculo,
 eiusmodi impedimento li-
 beratus est.

R. Amavit eum Dominus,
 & ornauit eum, solam glo-
 riæ induit eum: * Et ad por-
 tas paradisi coronauit eum.
 P. Induit eum Dominus lo-
 ricam fidei, & ornauit eum.
 Et ad.

Lectio vi.

CUmque ea temporavi-
 tijs, criminibusque re-
 dundarent, & cruentis fa-
 ctionibus in Italia, diuina,
 humanaque omnia permix-
 ta essent; Bernardinus vr-
 bes, atque oppida concur-
 sans, in nomine Iesu, quem
 semper in ore, & in pectore
 gerebat, collapsam pieta-
 tem, moresque, verbo, &
 exemplo magna ex parte
 restituit: quo factum est, vt
 præclaræ Ciuitates eum si-
 bi Episcopum à Summo Pō-
 tifice postularent: quod ille
 minus

munus indicta humilitate, vt quam festiua celebritate constantissimè reiecit. Denique; vir Dei immensis laboribus exhaustis, multis, magnisque editis miraculis, libris etiam pie, doctèque conscriptis, cum vixisset annos sex, ac sexaginta, in Vrbe Aquila in Vestinis beato sine quieuit: quem nouis in dies coruscantem signis, anno post obitum sexto, Nicolaus Quintus Pontifex Maximus in Sanctorum numerum retulit.

℞. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingredere in requiem meam; * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

ψ. Iste est, qui contempnit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Quia te. Gloria Patri. Quia te.

In tertio Nocturno, Hymnia in Euangelium. Ecce nos reliquimus omnia. vt in Communi Abbatum.

DIE XXV. MAII.

In festo S. Maria Magdalena de pacis Virginis. semid.

ORATIO.

DEUS virginitatis amator, qui Beatam Mariam Magdalenam Virginem tuo amore succensam, celestibus donis decorasti; da:

vt quam festiua celebritate veneramur, puritate, & charitate imitemur. Per Dominum.

Deinde fit commemor. S. Urbani Papa, & Martyris.

Antiph. Iste sanctus pro lege Dei sui certauit vsque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

ψ. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Tempore paschali, Antiphona. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, & æternitas temporum, allel.

ψ. Sancti, & iusti in Domino gaudete, allel.

℞. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, allel.

ORATIO.

DA, quæsumus, omnipotens Deus; vt qui beati Urbani martyris tui, atque Pontificis solemniam colimus, eius apud te intercessionibus adiuuemur. Per Dominum.

In primo Noct. Lectiones de Script. occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

MARIA Magdalena illustriori Pazzioris gene;

genere Florentię nata, ferē ab incunabulis iter perfectionis arripuit. Decennis perpetuam virginitatem vouit, susceptoque habitu in Monasterio Sanctę Marię Angelorum Ordinis Carmelitarum, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Adeo casta fuit, vt quicquid puritatem lædere potest, penitus ignouerit. Quinquennium, Deo iubente, pro solo pane, & aqua transegit, exceptis diebus Dominicis, quibus cibus quadragesimalibus, vescabatur. Corpus suum cilicio, flagellis, frigore, inedia, vigilijs, nuditate, atque omni pœnarum genere cruciabat.

ꝫ. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiã. Et deducet te mirabiliter dextera tua.
ꝫ. Specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Tanto igne diuini amoris aestuabat, vt eo ferendo impar, ingesta aqua pectus refrigerare cogere-
tur. Extra sensus frequenter rapta, diuturnas, & admirabiles extases passa est; in quibus, & arcana cæle-

stia penetrauit, & eximijs à Deo gratijs illustrata fuit. His autem munita longum certamen à principibus te-
nebrarum sustinuit, arida desolata, ab omnibus detestata, varijsque tentationibus vexata; Deo sic permit-
tente, vt inuictę patientię, ac profundissimę humilitatis exemplar præberet.

ꝫ. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitię.
ꝫ. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

Lectio vi.

Charitate erga proximum singulariter enituit; nam sæpe noctes ducebat insomnes, vel obeundis Sororum Ministerijs, vel inseruendo infirmis occupata, quarum aliquando vlcera lambens sanauit. Infidelium, & peccatorum perditionem amare deflens, te, ad quolibet, pro illorum salute tormenta paratam offerebat. Multis ante obitum annis, vniuersis cęli delicijs, quibus copiose affluebat, heroica virtute renuncians illud frequentet in ore habebat; Pati, non mori. Tandem longam, & grauissimam

fima infirmitate exhausta, transiit ad Sponsum die vigesima quinta Maij, anno millesimo sexcentesimo septimo, expleto anno quadragesimo primo ætatis suæ. Eam multis in vita, & post mortem miraculis claram, Clemens Nonus Sanctarum Virginum numero adscripsit cuius corpus in præsentem diem incorruptum conseruatur.

Æ. Afferentur Regi virgines post eam, proximæ eius, * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

ÿ. Spécie tua, & pulchritudine tua, intende, prospère procede, & regna. Afferentur. Gloria. Afferentur.

In tertio Nocturno, Homil. S. Gregorij Papa in Euangel. Simile erit regnum cælorum decem. ut in Comuni Virginum.

Nonæ Lectio de S. Urbano Papa, & Mart. cum eius commem. in Laudib.

Antiph. Qui odit animam suam in hoc mundo in vitam æternam custodit eam. ÿ. Iustus vt palma florebit.

Æ. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Tempore paschali, Antiph. Filia Ierusalem, venite, & videte Martyres cum coro-

nis, quibus coronauit eos Dominus in die solemnitate, & lætitiæ, allel.

ÿ. Pretiosa in conspectu Domini, allel.

Æ. Mors sanctorum eius, alleluia.

Oratio vt supra.

Si autem hoc festum venerit Feria ij vel iij. Rogationum, seruetur in rubrica posita in festo S. Petri Cælestini.

Vespere de S. Philippo Neri, cum commem S. Mariae Magdalena; deinde S. Eleutherij Pap. & Mart.

DIE XV. IULII.

In festo S. Henrici Imperatoris Confess. semidupl.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur.

Hac dies meruit supremos Laudis honores.

ORATIO.

DEus, qui hodierna die B. Henricum Confessorem tuum, è terreni culmine Imperij ad regnum æternum transtulisti, te supplices exoramus, vt sicut illum, gratiæ tuæ vbertate præuentum, illecebras sæculi superare fecisti; ita nos facias, eius imitatione, mundi huius blandiméta vitare, & ad te puris mentibus peruenire. Per.

In primo Nocturno, *Lect.* illi regnum Dei. Et dedit.
de Script. occur.

Lectio v.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Henricus, cognomento Pius, è Duce Bavariz, Rex Germaniz, ac postmodum Romanorum Imperator, temporalis Regni non contentus angustijs, pro adipiscenda immortalitatis corona, sedulam æterno Regi exhibuit seruitutem; Adepto enim Imperio, religioni amplificandæ studiosè incumbens, Ecclesias, ab infidelibus destructas, magnificentius reparauit, plurimisque largitionibus, & prædijs locupletauit. Monasteria, aliaque loca pia, vel ipse edificauit, vel assignatis redditibus auxit. Episcopatum Bambergensem, hæreditarijs opibus fundatum, Beato Petro, Romanoque Pontifici vestigalem fecit. Benedictum Octauum, à quo Imperij coronam acceperat, profugum excepit, suæque Sedi restituit.

β. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductibus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

ψ. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit

In Cassinensi Monasterio graui detentus infirmitate, à Sancto Benedicto, insigni miraculo, sanatus est. Romanam Ecclesiam amplissimo diplomate muneratus, eidem tuendæ, bellum aduersus Græcos suscepit, & Apuliam, diù ab illis possessam, recuperauit. Nihil sine precibus aggredi solitus, Angelum Domini, Sanctosque Martyres tutelares, pro se pugnantes ante aciem, interdum vidit. Diuinita autem protectus ope, barbaras nationes precibus magis, quam armis expugnauit. Pannoniam adhuc infidelem, tradita Stephano Regi sorore sua in vxorem, eoque baptizato, ad Christi fidem perduxit. Virginitatem, raro exemplo, matrimonio iunxit, Sanctamque Conegundam coniugem suam propinquis eius, morti proximus, illibatam restituit.

β. Amavit eum Dominus, & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronauit eum.

ψ. Induit eum Dominus lorricam fidei, & ornauit eum,

Et ad.

Lectio vi.

Denique rebus omnibus, quæ ad Imperij honorem, & utilitatem pertinebant, summâ prudentia dispositis, & illustribus per Galliam, Italiam, & Germaniam, religiosæ munificentia vestigijs passim relictis, postquam heroicæ virtutis suauissimum odorem longè, lateque diffuderat, sanctitate, quàm sceptro clarior, ad Regni cælestis præmia, consumatis vitæ laboribus, à Domino vocatus est, Anno salutis millesimo vigesimo quarto, cuius corpus in Ecclesia Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli Bambergæ conditum fuit. statimque ad eius tumulum multa miracula, Deo ipsum glorificante, patrata sunt. quibus postea ritè probatis, Eugenius Tertius Sanctorum numero illum adscripsit. & Ille homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum; Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. *Ps.* Ille est, qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad cælestia regna. Quia te vidi. *Gloria Patris.* Quia te.

In tertio Nocturno, Homil. in Euangel. Sint lumbi vestri præcincti. ut in Comuni Confess. non Pontif. primo loco.

DIE XVI. IULII.

Vel alio infra octauam.

Officium Commemorationis solennis B. Virginis Mariae de Monte Carmelo.

Duplex secunda Classis.

AD VESPERAS.

Antiphona. Gloria Libani, cum reliquis de Laudibus.

Psalmus. Dixit Dominus cum reliquis, ut in Officio Beatæ Virginis.

Capitulum. Eccl. 24.

Ego quasi vitis fructificauit suauitatem odoris, & flores mei, fructus honoris, & honestatis. Ego Mater pulchre dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei.

Hymn. Ave maris stella. Specie tua, & pulchritudine tua. & Intende, prospere procede, & regna.

Ad Magn. Antiph.

Ave Regina cælorum, ave Domina Angelorum. Salve radix, salve porta, ex qua mundo lux est orta. Gaude Virgo gloriosa, super omnes speciosa. Vale ò valde decora, & pro nobis Christum exora.

ORATIO.

DEus, qui beatissima
semper Virginis, &
genitricis tuæ Mariæ singu-
lari titulo Carmeli Ordinē
decorasti: concede propi-
tius, vt cuius hodie Com-
memorationem solemnī ce-
lebramus Officio, eius mu-
niti præsidijs, ad gaudia
sempiterna preuenire me-
reamur. Qui viuīs, & regnas.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

IN honorem Beatissimæ
Virginis Mariæ, *Iubile-
mus Domino.

Psalms. Venite, exultemus.*Hymn.* Quem terra.*Antiph. & Psalmi Noctur-
norum, vt in Officio Beata
Maria.*

IN I. NOCTVRNO.

ψ. Specie tua, & pulchritudi-
ne tua.

℞. Intende, prosperè pro-
cede, & regna.

Lectio 1. Cap. 8.

De Parabolis Salomonis.

EGO sapientia habito in
cōsilio, & eruditio in-
teritum cogitationibus. Ti-
mor Domini odit malum: Ti-
mor arrogantium, & superbiam,
& viam prauam, & os
bilingue detestor. Meum est
cōsiliū, & æquitas, mea
est prudentia, mea est for-

titudo. Per me Reges re-
gnant, & legum condito-
res iusta decernunt. Per me
Principes imperant, & po-
tentes decernunt iustitiam.
Ego diligentes me diligo,
& qui mane vigilat ad me,
inuenient me.

℞. Sancta, & immaculata
Virginitas, quibus te laudi-
bus efferam, nescio; * quia
quem celi capere non pote-
rant tuo gremio contulisti.

ψ. Benedicta tu in mulie-
ribus, & Benedictus fructus
ventris tui. Quia.

Lectio ij.

MECUM sūt diuitiæ, &
gloria, opes superbæ
& iustitia. Melior est enim
fructus meus auro, & lapi-
de pretioso, & gemina
mea argento electo. In vijs
iustitiæ ambulo, in medio
semitarum iudicij, vt ditem
diligentes me, & thesauros
eorum repleam. Dominus
possedit me in initio via-
rum suarū, antequam quid-
quam faceret à principio.
Ab æterno ordinata sum,
& ex antiquis antequam
terra fieret. Nondum erant
abyssi, & ego iam concepta
eram; necdum fontes aqua-
rum eruperant: necdum
montes graui mole consti-
terant; ante colles ego par-
turiebar.

℞. COR.

Re. Congratulamini mihi omnes, qui diligitis Dominum: quia cum essem paruula, placui Altissimo: * Et de meis visceribus genui Deum, & hominem.

ψ. Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillam humilem respexit Deus. Et de.

Lectio iij.

BEatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem. Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem: Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis: si quis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est: Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis.

Re. Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti Creatorem mundi: * Genuisti, qui te fecit, & in

æternum permanes Virgo. ψ. Ane Maria, gratia plena: Dominus tecum. Genuisti. Glor. Genuisti.

IN II. NOCTVRNO.

ψ. Adiuuabit eam Deus vultu suo.

Re. Deus in medio eius non commouebitur.

Lectio iij.

CVM sacra Pentecostes die, Apostoli cœlitus afflati varijs linguis loquerentur, & inuocato Augustissimo IESU nomine, mira multa patrarent, viri plurimi, qui vestigijs sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Elisei institerant, & Ioannis Baptistæ præconio, ad Christi aduentum comparati fuerant, rerum veritate perspecta, atque probata, Euangelicam fidem confestim amplexati sunt: ac peculiari quodam affectu beatissimam Virginem (cuius colloquio, & familiaritate feliciter frui potuere) ad eum venerari cœperunt, ut primi omnium in eo Montis Carmeli loco, vbi Elias olim ascendente nubeculam Virginis typo in signum conspexerat, eidem purissimæ Virgini sacellum construxerint.

Re. Sicut cædrus exaltata sum

sum in libano, & sicut cy-
pressus in monte Sion: quasi
myrrha electa, * Dedi sua-
uitatem odoris.

ψ. Et sicut cinnamomum,
& balsamum aromatizans.
Dedi.

Lectio v.

AD nouum ergo sacel-
lum sapè quotidie
conuenientes, ritibus pijs,
precaationibus, ac laudibus
Beatissimam Virginem, ve-
lut singularem Ordinis tu-
telam colebant. Quamo-
brem Fratres beatæ Mariæ
de Môte Carmelo passim ab
omnibus appellari cœpe-
runt; eumque titulum sum-
mi Pontifices non modò cõ-
firmarunt, sed & indulgen-
tias peculiare ijs, qui (eo
titulo) vel Ordinem, vel Fra-
tres singulos nuncuparent,
concessere. Nec verò nomẽ-
claturam tantum munifi-
centissima Virgo tribuit,
& tutelam; verum & insigne
sacri Scapularis, quod Bea-
to Simoni Angelico præ-
buit, vt cælesti hac veste
Ordo dignosceretur, & à
malis ingruentibus protege-
retur. Ac denuum, cum olim
in Europa Ordo esset igno-
tus, & ob id apud Honorium
tertium non pauci pro illius
extinctione instarent, adsti-

tit Honorio noctu purissima
Virgo Maria, planèque ius-
sit, vt institutum, & homi-
nes benignè cõplecteretur.

ψ. Quæ est ista, quæ pro-
cessit sicut Sol, & formosa
tamquam Ierusalem: * Vide-
runt eam filix Sion, & bea-
tam dixerunt, & Reginx
laudauerunt eam.

ψ. Et sicut dies verni cir-
cumdabant eam flores rosa-
rum, & lilia conuallium.
Viderunt.

Lectio vi.

NON in hoc tantum sæ-
culo Ordinem sibi
tam acceptum multis præ-
rogatiuis beatissima Virgo
insigniuit, verum & in alio
(cum vbique, & potentia,
& misericordia plurimum
valeat) filios in Scapularis
Societatem relatos, qui
abstinentiam modicam,
precesque paucas eis præ-
scriptas frequentarunt, ac
pro sui status ratione ca-
stitatem coluerunt, mater-
no planè affectu, dum igne
purgatorio expiatur, so-
lari, ac in cælestem patriam,
obtentu suo, quantocyus
piè creditur efferre. Tot
ergo tantisque beneficijs
Ordo cumulatus, solem-
niter Beatissimæ Virginis
Commemoratione ritu per-
petuo

petuo ad eiusdem Virginis tenebris obductum , refu-
gloriam quotannis celebrā-
dam instituit .

℞. Ornatam monilibus fi-
liam Ierusalem Dominus
concupiuit : * Et videntes
eam filia Sion , beatissimam
prædicauerunt , dicentes : *
Vnguētū effusū nomen tuū .

ψ. Assitit regina à dextris
tuis in vestitu deaurato ,
circumdata varietate . Et
videntes . Glor. Patri . Va-
quentum .

IN III. NOCTVRNO .

ψ. Elegit eam Deus , &
prælegit eam .

℞. In tabernaculo suo ha-
bitare facit eam .

Lectio sancti Euangelij se-
cundum Ioannem .

Lectio viij. Cap. 19.

In illo tempore : Stabant
iuxta Crucem I E S V
Mater eius , & soror ma-
tris eius Maria Cleophæ ,
& Maria Magdalene . Et
reliqua . Homilia sancti
Ambrosij Episcopi .

Ex Epist. 82. ad Vercell.

Eccel. in fine .

Maria Domini Mater
ante Crucē filij sta-
bat ; nullus me hoc docuit ,
nisi sanctus Ioannes Euan-
gelista . Mundum alij con-
cussum in Passione Domini
conscripterunt , cælum

refu-
gisse solem , in Paradisum
latronem , sed post piam
confessionem receptum .

Ioannes docuit , quod alij
non docuerunt , quemad-
modum in Cruce positus
Matrem appellauerit . Plu-
ris pucatur , quod victor
suppliciorum , pietatis offi-
cia Matri exhibeat , quam
quod regnum cæleste do-
nabat vitæ æternæ . Nam
si religiosū est , quod latro-
ni donatur venia , multo
vberioris pietatis est , quod
à Filio Mater tanto affectu
honoratur . Ecce , inquit ,
filius tuus ; Ecce mater tua .

℞. Felix namque es sacra
Virgo Maria , & omni laude
dignissima ; * Quia ex te
ortus est sol iustitiæ , Chri-
stus Deus noster .

ψ. Ora pro populo , inter-
ueni pro clero , intercede
pro deuoto famineo sexu ;
sentiant omnes tuum iuua-
men , quicumque celebrant
tuam sanctam Festiuitatem .
Quia ex te .

Lectio viij.

Testabatur de Cruce
Christus , & inter Ma-
trem , atque discipulum di-
uidebat pietatis officia .
Condebat Dñs non solūm
publicū , sed etiā domesticū
testa-

testamentum. Et hoc eius homo sine adiutorio inter testamentum signabat Ioānes mortuos liber. Suscepit quidem affectum parentis sed testis. Bonum testamentum, non quæsiuit alterius auxilium. Hanc imitami matris sanctæ, quæ vnico filio dilectissimo tantum mater- viui, qui ait: Lingua mea næ virtutis exemplum edi- calamus scribæ velociter dit. Neque enim vos dulciores scribentis. Sed Maria nec res liberos hebetis, neque minor, quam Matrem Christi illud Virgo quærebat solatium, quod alium posset generare filium. Te Deum.

AD LAUDES,

& per Horas, *Antiph.*

& pijs spectabat oculis Filij sui vulnera, quia expectabat non pignoris* mortem, sed mundi salutem: aut fortasse, quia cognouerat per filij mortem mundi redemptionem, aula regalis, etiam sua morte putabat se aliquid publico addituram muneris.

Beatam me dicent omnes generationes, * Quia fecit mihi Dominus magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Et misericordia eius à progeme in progenies timentibus eum. Quia fecit. *Glor. Patri. Quia fecit.*

Lesio ix.

SED IESVS non egebat ad adiutorem ad redemptionem omnium, qui omnes sine adiutore seruauit Vnde, & dicit: Factus sum sicut

GLORIA Libani data est ei, decor Carmeli, & Saron, *Allel. Psalm.* Dominus regnauit, cum reliquis de *Dominica. Antiph.* Pulchra es, & decora filia Ierusalem; terribilis vt castrorum acies ordinata, *Allel. Antiph.* In odorem vnguentorum tuorum currimus, adolescentulæ dilexerunt te nimis, *Alleluia. Antiph.* Benedicta filia tua a Domino, quia per te fructum vite communicauimus, *Allel. Antiph.* Speciosa facta es, & suavis in delicijs tuis, sancta Dei Genitrix, *Allel.*

Capitulum. Eccli. 24.

EGO quasi vitis fructifera, & flores mei, fructus honoris, & honestatis. Ego mater

mater pulchræ dilectionis,
& timoris. & agnitionis, &
sanctæ spei.

Hymnus. O gloriosa Virgini-
num. ψ . Diffusa est gratia
in labijs tuis. \mathcal{R} . Propterea
benedixit te Deus in æter-
num.

Ad Benedictus. Antiphona.
Beata Dei genitrix Maria,
Virgo perpetua, templum
Domini, sacrarium Spiritus
sancti, sola sine exemplo
placuit: Domino nostro Ie-
su Christo. Ora pro popu-
lo, interueni pro Clero, in-
tercede pro deuoto fami-
neo sexu, Allel.

ORATIO.

DEVS, qui beatissimæ
semper Virginis, &
genitricis tuæ Mariæ singu-
lari titulo Carmeli Ordini
decorasti; concede,
propitius; vt cuius hodie
Commemorationem solemni
celebramus officio, eius
muniti præsidijs, ad gaudia
sempiterna peruenire me-
reamur. Qui viuus, & re-
gnas.

Ad Tertiam. Antiph.

Pulchra es. Capitulum.
Ego quasi vitis. *vt supra.*

\mathcal{R} . Breue. Specie tua * Et
pulchritudine tua. Specie,
 ψ . Intende, prospere proce-
de, & regna. Et pulchritudi-

ne. Gloria Patri. Specie
tua. ψ . Adiuuabit eam.
 \mathcal{R} . Deus, &c.

Ad Sextam. Antiphona. In
odore.

Capitulum. *Eccli. 24.*

Spiritus meus super mel
dulcis, & hæreditas
mea super mel, & fauim.
Memoria mea in generatio-
nes sæculorum.

\mathcal{R} . Br. Adiuuabit eam, *
Deus vultu suo. Adiuuabit.
 ψ . Deus in medio eius, non
commouebitur. Deus. Glor.
Patri. Adiuuabit. *vers.* Ele-
git eam Deus, & prælegit
eam. \mathcal{R} . In tabernaculo suo
habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.
Speciosa facta es.

Capitulum. *Eccli. 24.*

Qui audit me, non con-
fundetur, & qui ope-
rantur in me, non peccabunt.
Qui elucidant me, vitam
æternam habebunt.

\mathcal{R} . Breue. Elegit eam Deus, *
Et prælegit eam. Elegit.
 ψ . In tabernaculo suo habi-
tare facit eam. Et prælegit.
Gloria Patri. Elegit. ψ . Dif-
fusa est gratia in labijs tuis.
 \mathcal{R} . Propterea benedixit te,
Deus in æternum.

In II. Vesperis. Antiphona,
Psalmi, Capitulum, & Hym-
nus, vt in I. Vesperis.

ψ. Dignare me laudare te, mam imitari tribuisti, da Virgo sacrata, & Da mihi nobis eius intercessione, & virtutē contra hostes tuos. exemplo in te semper con-

Ad Magnificat. *Antiph.* fidere, & sola cælestia desi-

Alma Redemptoris mater, derare. Per Dominum.

quæ peruia cæli porta ma- *Deinde fit commemor. S. Do-*

nes, & stella maris, succurre *nati Episcop. & mart.*

cadenti, surgere qui curat, *Antiphon.* Iste sanctus pro

populo; tu quæ genuisti, na- lege Dei sui certauit vsque

tura mirante, tuum sanctum ad mortem, & à verbis im-

Genitorem, virgo prius ac piorum non timuit; funda-

posterius, Gabrielis ab ore tus enim erat supra firmam

sumens illud Aue, peccato- petram.

rum miserere. ψ. Gloria, & honore coro-

Oratio. Deus, qui Bea- nasti eum Domine.

tissimæ, *ut suprâ.* & Et constituisti eum su-

DIE VII. AVGVSTI. per opera manuum tuarum.

In festo S. Caietani Confess. *ORATIO.*

simul duplex. Deus tuorum gloria sa-

Omnia de Communi Con- cerdotū: præsta, quæ-

fessoris non Pontificis, præter sumus, vt sancti martyris

ea, quæ hic habentur propria. tui, & Episcopi Donati, en-

In ij. Vesperis Transfigura- tione Domini Nostri Iesu Christi pro commemor. S. Caietani.

auxilium. Per.

In 1. Noctur. Lect. de Script. occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Caietanus, nobili Thie-

næa gente, Vicentiæ

ortus, statim a Matre Dei-

paræ Virgini oblatu est.

Mira à teneris annis morum

innocentia in eo eluxit

adèd, vt Sanctus ab omni-

bus nuncuparetur. Iuris

vtriusque lauream Patauij

adeptus, Romam profectus

est,

est; vbi inter Prælatos à filicæ Vaticanæ vna cum Julio Secundo collocatus, Ioanne Petro Carafa Episcopo Theatino, qui postea Paulus Quartus Pontifex successus est, vt relicta Aula Maxima fuit, & alijs duobus eximia pietatis viris, vota solemniter emisit. In Urbis direptione à militibus crudelissimè vexatus, vt pecuniam proderet, quam dudum in cælestes thesauros manus pauperum deportauerant; verbera, tormenta, & carceres inuicta patientia sustinuit. In suscepto vitæ instituto constantissimè perseueravit, soli diuinæ prouidentie inhærens, quam sibi nunquam defuisse, aliquando miracula comprobauerunt.

R. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

V. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Collapsam Ecclesiasticorum disciplinam ad formam Apostolicæ vitæ instaurare desiderans: Ordinem Clericorum Regularium instituit, qui abdicata rerum omnium terrenarum sollicitudine; nec redditus possiderent, nec vitæ subsidia a fidelibus peterent, sed solis eleemosynis spontè oblati viuerent. Itaque approbante Clemente Septimo ad Aram maximam Ba-

R. Amavit eum Dominus, & ornauit eum: stolam gloriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronauit eum.

V. Induit eum Dominus lorica fidei, & ornauit Et ad portas.

Lectio vi.

Diuini cultus studium, Nitorem Domus Dei, Sacrorum Rituum obseruantiam, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiore vsum maximè promouit. Hæresum monstra, & latbras non semel detexit, ac profiligauit.

D

profligauit . Orationem ad octo passim horas iugibus lacrymis protraherat, sæpè in extasim raptus, ac prophetiæ dono illustris . Romæ nocte natalitia ad Præsepe Domini Infantem IESVM accipere meruit à Deipara, in vlnas suas. Corpus integras noctes interdum verberationibus affligebat ; nec vnquam adduci potuit , vt vitæ asperitatem emolliret; testatus in cinere, & in cilicio velle se mori . Denique ex animi dolore concepto morbo ; quod offendi plebis seditione Deū videret , cœlesti visione recreatus , Neapoli migravit in cælum : ibique corpus eius in Ecclesia sancti Pauli magnæ Religionis colitur . Quem multis miraculis in vita, & post mortem gloriosum, Clemens Decimus Pontifex Maximus Sanctorum numero adscripsit .

Et iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum : Ingredere in requiem meam : * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus .

ÿ. Iste est , qui contempsit vitam mundi , & peruenit ad cœlestia regna . Quia te vidi. *GIOR. PATR. Quia.*

In tertio Nocturno .

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 6.

IN illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire . Et reliqua .

Homil. S. Augustini Episcopi Lib. 2. de Serm. Domini in monte c. 14.

NEMO potest duobus dominis seruire . Ad hanc ipsam intentionem referendum est , quod consequenter exponit , dicens : Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget : aut alterum patietur , & alterum contemnet . Quæ verba diligenter consideranda sūt, nam, qui sint duo domini , deinceps ostendit , cū dicit : Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Mammona apud Hebræos, diuitiæ appellari dicuntur . Congruit & Punicum nomen : nam lucrum Punicè mammon dicitur . Sed qui seruit mammonæ, illi utique seruit, qui rebus istis terrenis merito suæ peruersitatis præpositus , magistratus huius sæculi à Domino dicitur . Aut enim vnum odio habebit homo , & alterum diliget, idest, Deum : aut alterum

rerum patietur, & alterum nobis non videamur peccatū contemnet. Patietur enim re, quia non superflua, sed durum, & perniciosum dominū, quisquis seruit mammonæ: sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo, & non eum diligit. Quis enim est qui diligit diabolum? Sed tamen patitur.

℞. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudauit Dominum: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

ψ. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio viij.

IDeo, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animę vestrę quid edatis, neque corpori vestro quid induatis; ne fortē, quamuis iam superflua non quarantur, propter ipsa, necessaria cor duplicetur, & ad ipsa conquirenda, nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur; id est, vt cum consulere alicui videri volumus, nostrum emolumentum ibi potius, quam illius utilitatem attendamus; & ideo

℞. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernę ardentes in manibus vestris; * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs.

ψ. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus vester venturus sit. Et. Gloria. Et.

Pro S. Donato. Lectio ix.

Donatus, parentibus propter Iesu Christi fidem interfectis, Arretium in Etruriam cum Hilarino monacho ex fuga se contulit; cuius etiam vrbs Episcopus creatus est. Vbi cum à Quadratio Præfecto in Iuliani persecutione vterq; idola venerari iuberetur, negantibus illis se tam nefarium scelus commissuros; Hilarinus in oculis Quadratio tandiū sustibus cæsus est, dum efflaret animam: Donatus vehementer & ipse cruciatus, gladio percussus est. Quorum corpora à Christianis propē eam vrbem honorificē sepulta sūt. Te Deum.

In Laudibus, ad Benedictus.
Antiph. Nolite solliciti esse
 dicentes: Quid manducabi-
 mus, aut quid bibemus? scit
 enim Pater vester, quid vo-
 bis necesse sit.

Oratio ut supra.

Et sit commemor. S. Donati

Episcopi, & Martyris,

Antiphona. Qui odit animam
 suam in hoc mundo, in vi-
 tam æternam custodit eam.

ψ. Iustus ut palma flo-
 rebit.

℞. Sicut cedrus Libani
 multiplicabitur.

Oratio. Deus tuorum glo-
 ria. *ut supra.*

In ij. Vesperis, à Capitulo de
SS. Cyriaco, Largo, & Sma-
ragda mart.

Commem. S. Caietani, Antiph.

Quærite primum regnum
 Dei, & iustitiam eius, & hæc
 omnia adijcientur vobis.

ψ. Iustum deduxit Domi-
 nus per vias rectas.

℞. Et ostendit illi regnum
 Dei.

Oratio ut supra.

DIE XXXI. AVGVSTI.

In festo S. Raymundi Non-
nati.

duplex.

In Hymno. Ille Confessor
 dicatur:

Hac die latus meruit su-
 premos Laudis honores.

ORATIO.

DEUS, qui in liberandis
 Fidelibus tuis ab im-
 piorum Captiuitate B. Ray-
 mundum Nonnatum cōfes-
 sorem tuum mirabilem effe-
 cisti; eius nobis intercessio-
 ne concede, vt à peccato-
 rum vinculis absoluti, quæ
 tibi sunt placita liberis mé-
 titibus exequamur. Per.

In primo Noll. Lectiones.

Beatus vir, qui inuentus est
 sine macula, *ut in Comuni*
Confess. non Pontif.

In ij. Nocturno. Lectio iv.

Raymundus, Nonnatus
 cognomento dictus,
 quia præter communem na-
 turæ legem è mortuæ ma-
 tris dissecto latere in lucem
 eductus fuit. Portelli in
 Catalonia pijs, & nobilibus
 parentibus ortus, ab ipsa
 infantia futuræ sanctitatis
 indicia dedit. Nam pueri-
 lia oblectamenta, mundique
 illecebras respuens, ita
 pietati operam dabat, vt
 omnes in puero adultam
 virtutem admiratètur. Cre-
 scente verò ætate littera-
 rum studijs incubuit; sed
 mox iubente Patre vitam
 ruri agens, sacellum Sancti
 Nicolai, in Portelli finibus
 situm, crebrò adibat, vt sa-
 cram Deiparæ Imaginem,
 quæ

quæ in eo summa fidelium
veneratione etiã nunc co-
lunt, visitaret. Ibi effusus in
preces ipsam Dei parentem,
vt se in filium adoptare,
viamque salutis, ac scien-
tiam Sanctorum edocere,
dignaretur, enixè depreca-
batur.

Æ. Honestum fecit illum
Dominus, & custodiuit eum
ab inimicis, & à seductori-
bus tutauit illum: * Et dedit
illi claritatem æternam.

ÿ. Iustum deduxit Dominus
per vias rectas, & ostendit
illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

NEC defuit votis eius
benignissima Virgo,
ab ipsa enim intellexit gra-
tissimum sibi fore, si Reli-
gionem sub titulo de mer-
cede, seu de Misericordia
Redemptionis Captiuorum
(ea suggerente) nuper fun-
datam ingrederetur. Qua
monitione percepta Bar-
chinonam statim profectus,
illud tam præcellentis erga
proximum charitatis insti-
tutum amplexus est. Regu-
lari igitur militiæ adscri-
ptus virginitatem, quam
pridem Beatæ Virgini con-
secrauerat, perpetuo coluit;
cæterisque virtutibus eni-
tuit, charitate præsertim

erga Christianos, qui sub
potestate Paganorum mise-
ram in captiuitate vitam
degebant. Hos vt redimeret
in Africam missus, cum
iam multos à seruitute li-
berasset, ne consumpta pe-
cunia; alijs item in proximo
abnegandæ fidei discrimine
constitutis deesset, seipsum
pignori dedit; sed eum ar-
dentissimo salutis animæ-
rum desiderio succensus,
plures Mahometanos suis

concionibus ad Christum
conuerteret, in arctam cu-
stodiam à Barbaris coniec-
tus, varijsque supplicijs
cruciatu, mox labijs per-
foratis, & sera ferrea clau-
sis crudele martyrium diu
sustinuit.

Æ. Amavit eum Dominus,
& ornauit eum, stolam glo-
riæ induit eum: * Et ad por-
tas paradisi coronauit eum.
ÿ. Induit eum Dominus lo-
ricam fidei, & ornauit eum.
Et ad.

Lectio vi.

OB hæc, & alia fortiter
gesta sanctitatis eius
fama longè, latèque diffusa
est, qua permotus Gregorius
Nonus in amplissimum
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ
Cardinalium Collegium
Raymundum adscripsit: sed

vir Dei in ea dignitate ab
 omni pompa abhorrens, vidi
 Religioſæ humilitatis tenaciſſimus ſemper fuit. Ro-
 mam verò pergens ſtatim ac
 Cardonâ peruenit, extremo
 morbo confeſtus, Eccleſiaſ-
 ticis Sacramentis muniri
 ſuminiſ precibus poſtulauit.
 Cumque morbus ingraue-
 ſceret, & ſacerdos diutius
 tardaret, Angelorum mini-
 ſterio, ſub ſpecie Religioſo-
 rum ſui Ordinis apparen-
 tium, ſalutari viatico rele-
 ctus fuit. Quo ſumpto, &
 gratis Deo peractis, migra-
 uit ad Dominum Dominica
 vltima Auguſti, anno mille-
 ſimo ducentefimo quadra-
 geſimo. Mortui corpus, cum
 circa locum ſepulturæ con-
 tentio orta eſſet, arcæ in-
 cluſum, & Mulæ cœcæ im-
 poſitum ad ſacellum Sancti
 Nicolai Dei nutu delatum
 fuit, vt ibi tumularetur, vbi
 prima iecerat ſanctioris vi-
 tæ fundamenta. Illic con-
 ſtructo ſui Ordinis Cæno-
 bio, à confluentibus voti
 causa ex vniuerſa Catalonia
 fidelibus populis honoratur,
 varijs miraculis, & ſignis
 glorioſus.
 Iſte homo perfecit om-
 nia, quæ locutus eſt ei Deus,
 & dixit ad eum; Ingredere

in requiem meam: * Quia te
 omnibus gentibus.

ſ. Iſte eſt, qui contempſit
 vitam mundi, & peruenit
 ad cœleſtia regna. Quia te.
 vidi. Gloria Parri. Quia te.

*In tertio Nocturno, Homil.
 Sancti Gregorij Papa in Euāg.
 Sint lumbi veſtri præcincti.
 vt in Comuni Confess. non
 Pontif primo loco & in ij veſp.
 fit commem S. Agidij Abba-
 tis, & SS. Fratrum mar-
 tyrum.*

DIE XVII. SEPTEMBRIS.
*In feſto SS. Nomini B. Mariæ
 Virg.*

*Duplex maior.
 Pro illis locis vbi ex indul-
 to Apoſtolico celebratur.*

*Feſtum Impreſſionis Sacro-
 rum Stigmatum in corpore
 Beati Franciſci transfertur
 in diem proximè ſequentem,
 niſi ſit Dominica.*

Ad Veſperas, Antiph.
Miſſus eſt Angelus Ga-
 briel ad Virginem
 deſponſatam Ioseph, & no-
 men Virginis Maria.

*Pſalm. Dixit Dominus. cum
 reliq. de B. Maria.*

*Antiph. A ſolis ortu vſque
 ad occaſum laudabile no-
 men Domini, & Mariæ ma-
 tris eius.*

*Pſalmus, Laudate pueri.
 Antiph.*

Antiph. Ave Maria, gratia tuæ benedictionis effectum, plena, Dominus tecum, Qui vivis, & regnas, &c. benedicta tu in mulieribus. *Deinde fit commemor. SS. Cornelij, & Cypriani Pontificum, & Mart.*

Psalms. Lætatus sum. *Antiph.* Permaneat, & magnificetur Nomen tuum, vsq; in sempiternū, ò Maria.

Psalms. Nisi Dominus. *Antiph.* Lauda Ierusalem Dominum: lauda inclitum Nomen Mariæ.

Psalms. Lauda Ierusalem Dominum. *Capitulum.* Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram: quia hodie Nomen tuum ita magnificavit, vt non recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hym. Ave maris stella, &c. *Psalm.* Domine Dominus noster. *cū reliq. de B. Maria.*

Antiph. In omnem terram diffusa est laus Nominis Mariæ. *Psalms.* Cœli enarrant. *Antiphon.* Super maria, & flumina fundavit Mariam, & dedit illi Nomen virtutum Rex gloriæ.

Psalm. Domini est terra. *Psalm.* Magnificate Mariam Virginem mecum. *Psalm.* Et exaltemus Nomen eius in æternum.

De libro Exodi. *Lectio I. Cap. 15.*

Oratio. *V*mpsit Maria Prophe- tissa soror Aron tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens

De libro Exodi. *Lectio I. Cap. 15.*

Oratio. *V*mpsit Maria Prophe- tissa soror Aron tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens

De libro Exodi. *Lectio I. Cap. 15.*

Oratio. *V*mpsit Maria Prophe- tissa soror Aron tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicens

De libro Exodi. *Lectio I. Cap. 15.*

dicens: Cantemus Domino, atque iudicia, & ibi tentauit gloriosè enim magnificatus cum dicens. Si audieris est; equum, & ascensorem vocem Domini Dei tui, & eius deiecit in mare. quod rectum est coram eo

ꝫ. Laudemus Nomen sacrum, atque insigne Mariæ: * Mundo nam peperit virgo salutis opem.

ψ. Latentur cœli de tali Nomine, & orbis. Mundo nam. *Lectio ij.*

TV L I T autem Moyse Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam; & venerunt in Marath, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ; vnde & congruum loco nomen imposuit vocans illum Marath, id est amaritudinē.

ꝫ. Benedictum sit Nomen Mariæ, * Cuius manus tornatiles plenz hyacinthis.

ψ. Implorantibus Mariæ Nomen, Maria præsto adest. Cuius manus.

Lectio iij.

ET murmurauit populus contra Moysen, dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum. Qui ostendit eis lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta,

feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque, omnia præcepta illius, cunctum languorem quem posui in Ægypto, non inducam super te; ego enim sum Deus Dominus sanator tuus.

ꝫ. Salutemus Mariam, pro nobis Filium exorantem, * Et illi dicamus, Ave Maria, gratia plena, Dominus tecum.

ψ. Hæc est Gedeonis velus, quæ leuissima orationis compressione larga exhibet gratiarum stillicidia. Et illi dicamus, Ave Maria. Gloria Patri. Et illi.

In ij. Noctur. Antiph.

Speciosum Mariæ nomen deprecantur omnes diuites plebis, cuius decorem concupuit Rex.

Psalms. Eructauit cor meum.

Antiphon. Refugium est in tribulationibus Mariæ nomen omnibus illud inuocantibus.

Psalms. Deus noster refugium.

Antiph. Maria ciuitas Dei sancta, gloriosa dictæ sunt

sunt de Nomine sancto tuo.

Psalm. Fundamenta eius.
 y. Repleatur os meum
 laude Mariæ.

g. Ut cantem gloriam
 Nomini sancto eius.

De Sermone S. Epiphaniij
 Episcopi.

Lectio iv.

BEATA Anna grauida effe-
 cta, cælum, & thronum
 Cherubicum peperit San-
 ctam puellam Mariam; illa
 enim reperitur esse cælum,
 templum, & thronus, quia
 Mariam interpretare sole-
 mus Dominam, atque etiam
 spem. Peperit enim Domi-
 num, qui est spes totius
 mundi, nempe Christum.
 Rursum Nomen illud Maria
 interpretatur, Myrrha ma-
 ris, Myrrha verò dicit ali-
 quid (quod ego etiam aio)
 de immortalitate; eo quòd
 paritura esset gemmam im-
 mortalem in mari, hoc est,
 in mundo, mare autem dicit
 vniuersum mundum, cui
 Virgo serenitatem, & tran-
 quillitatem contulit, dum
 portum peperit, Christum.

g. Benedicta tu à Domi-
 no Deo tuo in omni taber-
 naculo Iacob; * Quoniam
 in omni gente, quæ audie-
 rit Nomen tuum, magnifica-
 bitur super te Deus.

y. Tu gloria Ierusalem,
 tu lætitia Israel, tu honori-
 ficentia populi nostri. Quo-
 niam in omni gente.

Lectio v.

RURSUM itaque præclare
 puellæ Mariæ beatum
 nomen interpretantur, illu-
 strata; utpotè quæ illustrata
 sit à Filio Dei, & cunctos
 vsque ad terminos terræ
 credentes Trinitati illumi-
 nauerit. Sancta enim puella
 Virgo Maria est sponsa Tri-
 nitatis, & thesaurus dispen-
 sationis planè arcanus, cui
 Gabriel, inquit; Aue gratia
 plena, Dominus tecum. Su-
 biungit Gabriel. Et Pater
 mittens arthabonem de
 Cælo Spiritum Sanctum,
 præparauit Virginem vni-
 genito Filio, cælesti sponso,
 quam Pater dilexit, Filius
 inhabitauit, Spiritus San-
 ctus percipiuit.

g. Melius est bonum no-
 men, quam diuitiæ multæ; *
 Turris fortissima Mariæ no-
 men.

y. Propugnaculum est om-
 nibus, qui ad illud contu-
 giunt. Turris fortissima.

Lectio vi.

IPSA est enim sponsa, &
 thalamus, & ex ea Spon-
 sus procedit Christus Vir-
 gineum indumentum iuxta
 suauem

suauem Dauidis Prophetæ Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo. Et Sponsi desiderium summæ puritatis propriam ancillam propensiore affectu constituit Sponsam, & Matrem.

℞. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei; * Et scient, quia ego Maria.

ψ. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. Et scient. Glor. Patri. Et scient.

In tertio Noctur. Antiph.

Nunciate inter gentes gloriam Mariæ, in omnibus populis mirabilia Nominis eius.

Psal. Cantate Domino.

Antiph. Annunciauerunt cæli Nomen Mariæ, & viderunt omnes populi gloriam eius.

Psalms. Dominus regnauit, exultet.

Antiph. Notum fecit Dominus sacrum Mariæ Nomen & in conspectu gentium, & reuelauit virtutem Nominis eius.

Psalms. Cantate Domino.

ψ. Ave Maria, gratia plena.

℞. Dominus tecum.

Lectio vij. Cap. i.

In illo tempore; Missus est Angelus Gabriel a Deo in Ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsaram viro, cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Hom. S. Bernardi Abbatis.

ET Nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca, & super hoc Nomine quod interpretatum Maris stella dicitur, & matri Virgini valdè conuenienter aptatur. Ipsa namque aptissimè syderi comparatur, quia sicut sine sui corruptione sydus suum emittit

radium, sic absque sui læsione Virgo parturiuit filium. Nec syderi radius suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa Stella Iacob orta, cuius radius vniuersum orbem illuminat, cuius splendor, & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens, magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia, ipsa inquam, est præclara, & eximia

mia Stella super hoc mare turbatus, conscientiae locum magnum, & spatiosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis.

℞. Clarissimum Mariae Nomen ipsa Stella est praefulgens: * Peccatores illuminat, & dirigit in portum salutis.

ψ. Consolatur tristes, miseros leuat, & iacentes erigit. Peccatores illuminat.

Benedictio. Cuius festum colimus ipsa Virgo Virginum, intercedat pro nobis ad Dominum.

Lectio viij.

O quisquis te intelligis in huius saeculi profluoio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare, ne auertas oculos a fulgore huius syderis, si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum respice Stellam, voca Mariam: Si iactaris superbiae vndis, si ambitionis, si æmulationis, respice Stellam; voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis, respice ad Mariam. Si criminum immanitate

conscientiae locum magnum, & spatiosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis. cogita Mariam.

℞. Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat: * Omnia gratiarum charismata intrans in Mariam, & ipsa non inruescit.

ψ. Dixit illi Angelus; Ave Maria, gratia plena. Ac ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. Omnia gratiarum. Gloria Patri. Omnia gratiarum.

Si hoc festum celebretur in Quatuor Temporibus. ix. Lectio dicitur de Homilia feria occur. Et de ea fit commemor. in Laudibus tantum.

Lect. ix.

In periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde, & vt imperres eius orationis suffragium, non deferas conuersionis exemplum. Ipsam sequens non deuias; Ipsam cogitans non erras; ipsa tenente non corruis; ipsa protegente non metuis; ipsa duce non fatigaris; ipsa propitia peruenis, &

fic temetipsum experiris, ꝑ. Lætabor, & exultabo in te
quàm meritò dictum sit, & Maria.

Nomen Virginis Maria. ꝑ. Psalmum dicam Nomini
Te Deum laudamus. tuo.

A D L A V D E S.

Et per Horas, Antiph.

Mirabiles elationes ma-
ris, sed mirabilior in
Nomine Mariæ Dominus.

Psalm. Dominus regnauit
decorem. cum reliq. de Laud.

Dominica vt in Psalt.

Antiph. Laudate in exul-
tatione Mariæ Nomen, quo-
niam suaue est.

Antiph. Labia mea lauda-
bunt te, ò Maria, quia dulce
est Nomen tuum super mel
ori meo.

Antiph. Spiritus, & animę
iustorum benedicite Ma-
riam in Nomine sancto eius.

Antiph. Beneplacitum est
Domino in nomine Mariæ,
in quo exaltauit mansuetos
in salutem.

Capitul.

Benedicta es tu filia à
Domino Deo excelso
præ omnibus mulieribus su-
per terram, quia hodie No-
men tuum ita magnificauit,
vt non recedat laus tua de
ore hominum, qui memores
fuerint virtutis Domini in
æternum.

Hymnus. O Gloriosa Vir-
ginum.

Ad Benedict. Antiph.

Benedictus Deus, qui Mariæ
Virgini lucis nomen donauit
vt illuminaret eos; qui in te-
nebris sedent, & vt stella
maris errantes dirigeret in
portum pacis.

O R A T I O.

Deus, qui gloriosam Ma-
trem tuam nominari
Mariam voluisti, concede
propitiis: vt qui dulce Ma-
riæ Nomen implorant, per-
petuum sentiant effectum.

Qui viuis, & regnas cum
Deo Patre, &c.

A D P R I M A M.

Antiphona.

Mirabiles elationes maris.
vt supra in Laudibus.

ꝑ. Breue. Christe filij Dei
viui, * Misere te nobis. ꝑ. Qui
natus es de Maria Virgine.

Pro Lect. breu. dicitur Ca-
pitulum Nona.

A D T E R T I A M.

Antiphona. Laudate in
exultatione.

Capitulum.

Benedicta es tu filia à
Domino Deo excelso
præ omnibus mulieribus
super terram, quia hodie
Nomen tuum ita magnifica-
uit,

uit, vt non recedat laus tua
de ore hominum, qui memo-
res fuerint virtutis Domini
in æternum.

R. Bre. Magnificate * Ma-
riam Virginem mecum. Ma-
gnificate.

ψ. Et exaltemus Nomen
eius in æternum. Mariam
Virginem mecum.

Gloria Patri, & Filio, & Spi-
ritui sancto. Magnificate.

ψ. Repleatur os meum
laude Mariæ.

R. Vt cantem gloriam No-
mini sancto eius.

AD SEXTAM;

Antiph. Labia mea.

Capitulum.

Judith. 13.

Benedicta tu à Deo tuo in
omni tabernaculo Ia-
cob; quoniam in omni gen-
te, quæ audierit nomen
tuum, magnificabitur super
te Deus Israel.

R. Breue. Repleatur os
meum, * Laude Mariæ, Re-
pleatur os meum.

ψ. Vt cantem gloriam
Nomini sancto eius. Laude
Mariæ.

Gloria Patri, & Filio, &c.
Repleatur os meum.

ψ. Aue Maria, gratia
plena.

R. Dominus tecum.

AD NONAM.

Antiph. Beneplacitum est
Domino.

Capitulum. *Ezech. 16.*

EGRESSVM est Nomen
meum in gentes pro-
pter speciem tuam, quia
perfecta es in decore meo,
quem posui super te, dicit
Dominus Deus.

R. Breue. Aue Maria * Gra-
tia plena. Aue Maria.

ψ. Dominus tecum. Gra-
tia plena.

Gloria Patri. Aue Maria
ψ. Lætabor, & exultabo in
te Maria.

R. Psalmum dicam No-
mini tuo.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Antiph. Missus est, cum re-
liquis vt in primis Vesperis.
*Capitulum, & Hymnus, vt
suprà.*

Ad Magnificat. Antiph.

Maria Virgo omnium oculis
gloriosa: nominatum est
Nomen gloriæ eius vsque
in extremum terræ.

*Deinde fit commemor. Sacro-
rum Stigmatum, nisi vius sa-
lum transferatur.*

Antiph. Similabo eum viro
sapienti, qui ædificauit do-
mum suam supra petram.

ψ. Signa-

ŷ. Signasti Domine seruū illeceberis talem se exhibuit integritate vitæ, morumque innocentia, vt omnibus admirationi esset. Eluxit in eo, vel tum, mira pietas in Deum, ac res diuinas, fuitque ingenio mitissimo, atque ab omni dominandi cupiditate alienus, cuius ea vox fertur, malle se Regno carere, quod sine cæde, & sanguine obtineri non possit.

Œ. Signis redemptionis nostræ.

ORATIO.

Domine Iesu Christe, qui frigescente mundo ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renouasti; concede propitius, vt eius meritis, & precibus crucem iugiter feramus, & dignos fructus penitentia faciamus. Qui viuus, & regnas, &c.

DIE XIII. OCTOBRIS.

In festo S. Eduardi Confessoris. Semiduplex.

Omnia de Communi Confessoris, non Pontificis, exceptis Lectionibus secundi Nocturni, & Oratione.

Lectione iv.

Eduardus cognomento Confessor, nepos Sancti Eduardi Regis, & Martiris Angliæ, Saxonum Regum ultimus, quem futurum Regem Brithualdo viro sanctissimo in mentis excessu Dominus demonstrauit, decennis à Danis Angliam vastantibus quæsius ad neeem, exulare cogitur apud Auunculū Hormannia Ducem, vbi in medijs vitiorum

Lectione v.

Exinctis mox Tyrannis, qui fratribus suis vitam, & Regnum eripuerant, reuocatur in patriam, vbi summis omnium votis, & gratulatione Regno potitus, ad hostilium irarum delenda vestigia totum se conuertit, à factis exorsus, ac Diuorum Templis, quorum alia à fundamentis erexit, alia refecit, auxitque redditibus, ac priuilegijs, in eam curam potissimum intentus, vt floresceret collapsa Religio. Ab aulae proceribus compulsus ad nuptias constans est assertio scriptorum cum virgine sponsa virginitatem in matrimonio seruasse. Tantus in eo fuit in Christum amor, & fides, vt illum aliquando inter Missarum solemniam videre

videre meruerit blando vul-
tu, & diuina luce fulgentem.
Ob profusam charitatem,
orphanorum, & egenorum
pater passim dicebatur,
nunquam lætior, quam cum
Regios thesauros exhausisset
in pauperes.

Lectio vi.

PROPHETIÆ dono illustris,
de Angliæ futuro statu
multa cælitus præuidit, &
illud in primis memorabile,
quod Svveyni Danorum
Regis in mare demersi mor-
tem, dum Angliam inua-
dendi animo classem con-
scenderet, eodem, quo acci-
dit momento, diuinitus
intelligit. Ioannem Euan-
gelistam mirificè coluit,
nihil cuiquam, quod eius
nomine peteretur, negare
solitus. Cui olim sub lacera-
vete suo nomine stipem
roganti, cum nummi dees-
sent, detractum ex digito
annulum porrexit, quem
Diuus non ita post multo
Eduardo remisit, vnà cum
nuncio secururæ mortis;
quare Rex, iudicis pro se
precibus, ipso ab Euange-
lista prædicto die, pijsimè
obiit nonis videlicet Ianua-
rij, anno salutis millesimo
sexagesimo sexto, quem
sequenti sæculo, Alexander

Papa III. miraculis clarum,
Sanctorum fastis adscripsit.
At eius memoriam Inno-
centius XI. officio publico
per vniuersam Ecclesiam eo
die celebrari præcepit, quo
annis ab obitu sex, & tri-
ginta translatum eius cor-
pus incorruptum, & suauem
spirans odorem repertum
est.

ORATIO.

DEUS, qui Beatum Re-
gem Eduardum Cõ-
fessorem tuum æternitatis
gloria coronasti, fac nos
quæsumus ita cum venerari
in terris, vt cum eo regnare
possimus in cælis. Per Do-
minum nostrum, &c.

DIE XIX. OCTOBRIS.

*In festo S. Petri de Alcan-
tara Confess. semid.*

*In Hymno. Ille Confessor,
dicatur:*

Hac die lætus meruit su-
premos Laudis honores.

ORATIO.

DEUS, qui beatum Pe-
trum Confessorè tuū
admirabilis pœnitentiæ, &
altissimæ contemplationis
munere illustrare dignatus
es: da nobis, quæsumus; vt
eius suffragantibus meritis
carne mortificati faciliùs
cælestia capiamus. Per Do-
minum.

In 1. Nocturno, *Lect. de Script.* appellare consuevit.
occurrente. & Honestum fecit illum.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Petrus Alcantaræ in Hispania, nobilibus parentibus natus, à teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit. Decimosexto ætatis anno Ordinem Minorum ingressus, se omnium virtutum exemplar exhibuit. Tum munus Concionatoris ex obedientia exercens, innumeros à vitijs ad veram penitentiam traduxit. Primæum sancti Francisci Institutum exactissimè reparare cupiens, ope diuina fretus, & Apostolica munitus auctoritate, angustissimum, & pauperrimum cenobium iuxta Pedrosum fundauit, quod vitæ genus asperrimum ibi feliciter coeptum, per diuersas Hispaniæ prouincias vsque ad Indias mirificè propagatum fuit. Sanctæ Teresiæ, cuius probauerat spiritum, in promouenda Carmelitarum reformatione adiutor fuit. Ipsa autem à Deo edocta, quòd Patri nomine nihil quisquã peteret, quin protinus exaudiretur, eius precibus se commendare, & ipsum adhuc viuentem Sanctum

appellare consuevit.
 & Honestum fecit illum. Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tuauit illum.* Et dedit illi claritatem æternam. *ÿ.* Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et.

Lectio v.

Pincipum obsequia, qui ipsum velut oraculum consulebant, summa humilitate declinans, Carolo Quinto Imperatori à confessionibus esse recusauit. Paupertatis rigidissimus custos vna tunica, qua nulla deterior esset, contentus erat. Puritatem ita coluit, vt à fratre in extremo morbo sibi inseruiente, nec leuiter quidem tangi passus sit. Corpus suum perpetuis vigilijs, ieiunijs, flagellis, frigore, nuditate, atque omni genere asperitatum in seruitutem redegit, cum quo pactum inierat, ne vllam in hoc sæculo ei requiẽ præberet. Charitas Dei, & & proximi in eius corde diffusa, tantum quandoque excitabat incendium, vt è cellæ angustijs in apertum campum posilire, aerisque refrigerio conceptum ardorem temperare cogeretur.

& Amavit

¶. Amavit eum Dominus, momento in cœlum ferri & ornauit eum, stolam gloriæ induit eum: * Et ad portas paradisi coronauit eum.

ÿ. Induit eum Dominus loriam fidei, & ornauit eum. Et ad.

Lectio vi.

GRatia contemplationis admirabilis in eo fuit,

qua cum assidue spiritus reficeretur, interdum accidit, vt ab omni cibo, & potu pluribus diebus abstinuerit. In aera frequenter sublatus, mirò fulgore coruscare visus est. Rapidos fluuios sicco pede traiecit. Fratres in extrema penuria, cœlitus delata alimonia, cibauit. Baculus ab ipso terræ defixus, mox in viridem ficulneam excreuit. Cum noctu iter ageret, densa niue cadente, dirutam domum sine tecto ingressus est, eique nix in aere pendula pro tecto fuit, ne illius copia suffocaretur: Dono prophetae, ac discretionis spirituum imbutum fuisse, Sancta Teresia testatur. Denique annum agens sexagesimum tertium, hora, qua

prædixerat, migravit ad Dominum mirabili visione, Sanctorumque præsentia confortatus, quem eodem

beata Teresia procul distans vidit, cui postea apparens dixit: O felix poenitentia, quæ tantam mihi promeruit gloriam. Post mortem verò plurimis miraculis claruit, & à Clemente Nono Sanctorum numero adscriptus est.

¶. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum, Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus.

ÿ. Iste est, qui contempsit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Gloria Parri. Quia te.

In tertio Nocturno, Homil. Venerabilis Bedæ, in Euangelium. Nolite timere pusillus grex. vt in Comuni Confessione Pontificis secundo loco.

DIE XXXI. OCTOBRIS.

In festo S. VVolfgangi Episc. Ratisponensis.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessione Pontificis præter Lect. secundi Nocturni.

ORATIO.

DEus, qui nobis æternæ salutis Beatû VVolfgangum Episcopum, ministrum tribuisti, præsta quæsumus; vt, quem Doctorem

E

vitz

vitz habuimus in terris ,
intercessorem habere merea-
mur in cælis. Per Dominum
Nostrum Iesum Christum ,
&c.

AD MATVTINVM.

*Omnia de Communi Conf.
Pontif. exceptis Lectionibus ij.
Noctur.*

In II. Noctur.

Lecl. iv.

Voltgangus Nobili in
Suecia genere pro-
gnatus rerum terrenarum
fuit, & sui contemptor egre-
gius, solum ex animo Deum
quærens, honores amplissi-
mos ab Henrico Treuiren-
si Episcopo sibi oblatos
recusauit, illoque demortuo
pollicitationibus aliorum
contemptis, monasticam
tandem vitam, cuius sem-
per desiderio flagrauerat est
amplexus. Sacris ordinibus
à B. Vdalrico initiatus, cum
in Pannoniam prædicandi
Euangelij causa se prius
contulisset, propter coniun-
ctam in eo eximia cum pie-
tate prudentiam, Othonis
Imperatoris studio, totius-
que Cleri, & Populi accla-
matione Ecclesiæ Ratispo-
nensi ritè præficitur.

℞. Inueni David.

Leclio v.

SVSCEPTO Episcopatus
munere gregem Domi-
ni verbo paut, & exemplo,
sanctissimisque Ecclesiam
temperauit institutis. Mo-
nasterio S. Emmerami, quod
iamdiù Episcopi administra-
uerant, restitutis prouenti-
bus, magno illius bono insi-
gnem virum Ramoldum
præposuit. Sanctimonialium
Cœnobium, quod ipse fun-
dauerat tam sanctè instituit,
vt collapsa in alijs discipli-
na eo exemplo sit facile re-
staurata, nouoque pietatis
odore capta Brigida Baua-
riæ Ducis filia, sponsum
Christum secuta, ad Sacras
se Virgines aggregauerit.
Bohemis, quò ampliora
apud illos fides incrementa
caperet, contempto suæ Ec-
clesiæ detrimento, reiectis
aliornm consilijs, proprium
dari Episcopum libentissimè
permisit.

℞. Posui adutorium.

Leclio vi.

EGregiam Viri sanctita-
tem comprobauerunt E-
nergumeni, & varijs lan-
guoribus oppressi, quos
precatatione sanauit. Diuino
afflatus instinctu Sanctum
Henricum Imperatorem re-
gnaturum, Fratrem ipsius

Br-

Brunonem ad Episcopatum promotum iri; è Sororibus alteram Reginam, Abbatissam alteram fore prædixit. Denique cum viginti, & amplius annis in seduli Pastoris munere peractis, extremum sibi diem imminere intelligeret, quæ ex vilitate liberalitate supererant per manus pauperum præmisit; sacræque Eucharistiæ viatico præmunitus in Sancti Othmarij æde, uti diuinitus antea futurum acceperat, sanctissimam vitam, pari morte conclusit, Ratisponæ in Templo Sancti Emmerami sepultus.

℞. Iste est, qui.

In tertio Nôcturno Homilia in Evang. Vigilate, quia nescitis.

De eodem Communi.

In festo Sancti VVelfgangi

Episcopi Confessoris, & Patroni Diœc. Ratisp. Missa. Sacerdotes tu Domine. De Communi Confess. Pontif. præter sequentem Orationem.

ORATIO.

DEUS, qui nobis æternæ salutis, &c. ut supra.

Et dicitur, Credo.

DIE XIII. NOVEMBRIS.

In festo S. Didaci Confess.

Semiduplex.

Omnia de Communi Con-

fessoris non Pontificis.

In Hymno. Iste Confessor. dicatur:

Hac die lætus meruis supremos Laudis honores.

ORATIO.

Adesto Domine supplicationibus nostris, quas in beati Didaci Confessoris tui solemnitate deferimus: ut qui nostræ iustitiæ fiduciam non habemus, eius, qui tibi placuit, precibus adiuuemur. Per Dominum.

Lectiones primi Nôcturni, de Script. occurr.

In secundo Nôcturno. Deridetur iusti simplicitas.

In tertio Nôcturno, Homilia Venerabilis Bedæ in Evangelium. Nolite timere pusillus grex. ut in Communi Confessoris non Pontificis secundo loco.

DIE XIX. NOVEMBRIS.

In festo S. Elisabeth Regina Hungaria Vidua.

Duplex.

Omnia de Communi Sanctarum, nec Virginum, nec Martyrum, præter ea, quæ hic habentur.

ORATIO.

TVorum corda fidelium Deus miserator illustra, & beatæ Elisabeth precibus gloriosis fac nos prospera

B a

pera

pera mundi despiceret, & celesti semper consolatione gaudere. Per.

Deinde fit commemoratio S. Pontiani Papa, & Martyr.

Antiphon. Ille sanctus pro lege Dei sui certauit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram.

†. Gloria, & honore coronasti eum Domine.

℞. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

ORATIO.

Infirmi-
tatem nostram respice omnipotens Deus, & quia pondus propriæ actionis grauat; beati Pontiani Martyris tui, atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dominum nostrum, &c.

In primo Noctur. Lectiones de Scriptura occurr.

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

Elisabeth, Andreæ Regis Hungariæ filia, ab infanzia Deum timere cepit, & crescens ætate creuit etiam pietate. Lodouico Læt-
grauio Hassiæ, & Thuringiæ in coniugem copulata, non minori cura, quæ Dei, quam quæ viri sui erant, exequ-

batur. surgens enim nocturno tempore orationi diu iacumbat, ac varijs misericordix officijs dedita, Viduis Pupillis, Ægrotis, Egentibus, sedulo inseruiebat, grauique fame urgente Domus suæ frumenta liberaliter erogabat. Leprosos hospitio suscipiens, manus eorum, & pedes osculabatur. Curandis autem, & alendis pauperibus insigne Xenodochium construxit.

℞. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

†. Specie tua, & pulchritudine tua, intende prospere procede, & regna. Et deducet.

Lectio v.

Defuncto Coniuge, vt Deo liberius seruiret, depositis omnibus sæcularis gloriæ indumentis, vili tunica induta est; atque Ordinem Pœnitentium Sancti Francisci ingressa, patientiæ, & humilitatis virtute maxime enituit. Nam bonis omnibus exuta, e proprijs ædibus eiecta, ab omnibus derelicta, contumelias, irrisiones, obtreccationes inuito animo tolerauit, adeo vt summopere gauderet se talia

ralia pro Deo pati. Ad infima quæque ministeria erga pauperes, & ægrotos se abijciens, eis necessaria procurabat, solis oleribus, & leguminibus pro suo victu contenta.

✠. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

†. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. Propterea.

Lectio vi.

Cum verò in his, aliisque plurimis sanctis operibus vitam religiosissime transegisset, finis tandem sue peregrinationis aduenit, quem domesticis suis ante prædixit. Cùmque defixis in cælum oculis diuinæ contemplationi vacaret à Deo mirabiliter recreata, & S. Sacramentis refecta obdormiuit in Domino. Statimque plurima ad eius tumulum miracula patrata sunt. Qui-

bus auditis, & ritè probatis, Gregorius Nonus Sanctorū numero eam adscripsit.

✠. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: * Mulier timens Deum, ipsa laudabitur.

†. Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Mulier timens Deum.

Gloria Patri. Mulier timens.

In seorsio Nocturn. Homilia S. Gregorij Papa in Euangelij. Simile est regnum cælorum thesauro abscondito. ut in Communi non Virginum.

Nona Lectio de S. Pontiano Papa, & Mart. cum eius commem. in Laudib.

Antiph. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

†. Iustus vt palma florebit. ✠. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio, vt supra.



OFFICIA
SANCTORVM
AD LIBITVM.

DIE VIII. IANVARII.

*In festo Beati Laurentij Iu-
stiniani, primi Patriarcha Ve-
netiarum, Fundatoris Congre-
gationis Sancti Georgij in
Alga Venetiarum.*

*Cuius festum celebratur
Venetijs, ac alijs quibusdam
in locis de precepto.*

*Omnia de Communi Confess.
Pontif. prater ea, qua hic ha-
bentur propria.*

Ad Vesperas, Antiphon.

*Ecce Sacerdos magnus, vt
in Communi.*

*†. Ora pro nobis Beate
Laurenti.*

*℣. Vt digni efficiamur pro-
missionibus Christi.*

Ad Magnificat, & ad Bened.

*Antiph. Sulcepit Dominus
seruum suum Laurentium,
& exaltauit eum, qui exal-
tat humiles, recordatus mi-
sericordix sux.*

ORATIO.

PRAESTA, quæsumus, omni-
potens Deus: vt Beati
Laurentij Confessoris tui,
atque Pontificis, cuius gau-

demus meritis, instruamur
exemplis, atque doctrinis.
Per Dominum.

*In utrisque Vesp. & Laud.
sic commem de Epiph. etiam si
hoc festum occurrat, vel con-*

*currat cum Dominica infra
oct. Quod etiam seruetur si
Officiu Dominica fiat in Sab-
bato iuxta rubr. Brev.*

*Leit. primi Noct. dicuntur
de Communi Confess. Pontif.
Laudemus v r o s.*

In secundo Nocturno.

Lectio iij.

LAURENTIUS Venetijs ex
Ant qua, & Hiultri fa-
milia Iustiniana natus, vnus
ex primis Fundatoribus Co-
gregationis Canonicoꝝ

Sancti Georgij in Alga, &
Sancti Ioannis Euangelistæ
in Lusitania, cum vndeige-
simum ætatis annum ageret,
pro terrena Spouisa, quam
sibi parem propinqui para-

uerant, a Diuina Sapientia
se præuentum professus,
ad Domini Crucem aduo-
lans, spretis nuptijs, relicta
matre

matre, & fratribus, calcaneis opibus, honoribus, aut Fraternali domum nunquam ingressus est. Matris & florentis ætatis illecebris, Cælesti militiæ apud Sanctum Georgium in Alga Venetiarum, quæ tunc temporis instituebatur, nomen dedit. In Monasterio sic vixit, & corpus ita fame, ac siti maceravit, ut cum capitali hoste perpetuum bellum agere videretur. Quare cum Superiorum iussu, cibo, somno, ac veste moderatius uti cogeretur, eas commoditates alijs corporis afflictationibus per totam vitam vehementius compensabat. Ad Matutinum primus accedebat, ab Ecclesia non discedens, donec ad Primam fratres conuenissent.

Ꝟ. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ꝙ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus enim.

Lectio v.

Humilitatem, ceterarum virtutum reginam appellabat: si rector Monasterij erat, infirma quæque ministerij deligebat. Sæpè de humilitate Domini Iesu, aut Beatissimæ Virginis sermo:

nam habebat. Maternam, & florentis ætatis illecebris, Cælesti militiæ apud Sanctum Georgium in Alga Venetiarum, quæ tunc temporis instituebatur, nomen dedit. In Monasterio sic vixit, & corpus ita fame, ac siti maceravit, ut cum capitali hoste perpetuum bellum agere videretur. Quare cum Superiorum iussu, cibo, somno, ac veste moderatius uti cogeretur, eas commoditates alijs corporis afflictationibus per totam vitam vehementius compensabat. Ad Matutinum primus accedebat, ab Ecclesia non discedens, donec ad Primam fratres conuenissent.

Ꝟ. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ꝙ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocet ei. Manus enim.

Ꝟ. Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ꝙ. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus enim.

Lectio vi.

Veste vsus est colore
 cæruleo, tapetes, &
 aulea, aliaque ædium orna-
 menta omninè neglexit :
 Mensa non sordida, in qua
 de Religiosorum more ali-
 qui pij libri legebantur :
 cibo vulgari, & in vasis
 fictilibus, lectoque vili, ac
 simplici utebatur. In ora-
 tione erat assiduus, in qua,
 & lacrymarum dono polle-
 bat: ad eam in grauioribus
 Episcopatus negotijs, tan-
 quam ad fidissimam ancho-
 ram, recurrebat. Quotidie
 celebrabat, nisi valetudine
 impediretur. In nocte Na-
 tiuitatis, Dominum sub
 specie Infantuli in mentis
 excessu conspexit. Canonico-
 rum ordinem collapsum
 instituit, Clerum adauxit,
 mores reformauit, saluber-
 rimis editis Constitutioni-
 bus: liberalitatem in pau-
 peres, & hospitalitatem ita
 coluit, vt eius domus om-
 nibus pauperibus semper
 pateret. Vocatus ab Euge-
 no Quarto, maximo hono-
 re, præsentibus Cardinali-
 bus, hisce verbis exceptus
 est: Salue decus, & gloria
 Præsulum. Postmodum à
 Nicolao Quinto Venetorum
 Patriarcha creatus, In ma-

ximis Reipublicæ Venetæ
 periculis pro suarum præcū
 præsidio exoratus. Multa
 sunt admirabilia, quæ fecit,
 & docuit; quæ dixit, & scri-
 psit tum prospera, tum ad-
 uersa valetudine.

¶. Iste est, qui ante Deum
 magnas virtutes operatus
 est, & omnis terra doctrina
 eius repleta est: * Ipse in-
 tercedat pro peccatis om-
 nium populorum.

ψ. Iste est, qui contempnit
 vitam mundi, & peruenit
 ad cælestia regna. Ipse in-
 tercedat. Gloria Patri. Ipse
 intercedat.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij se-
 cundum Lucam.

Lectio vij. Cap. 1.

In illo tempore: Dixit Ie-
 sus discipulis suis: Nemo
 lucernam accendit, & in
 abscondito ponit, neque sub
 modio, sed supra candela-
 brum, vt qui ingrediuntur
 lumen videant. Et reliq.
 Hom. sancti Ambrosij Episc.
 Lib. 7. Comment. in Lucam,
 in cap. 11. post initium.

QUIA in superioribus
 Ecclesiam synagoga
 prætulit, hortatur nos, vt
 fidem potius nostram ad Ec-
 clesiam transferamus. Lu-
 cerna enim fides est, iuxta

quod scriptum est, lucerna umbra restinguat.
 pedibus meis verbum tuum. Sint lumbi vestri præcin-
 Domine. Verbum enim Dei tui, & lucernæ ardentes in
 fides nostra est: verbum Dei manibus vestris: * Et vos si-
 lux est. Lucerna est fides: miles hominibus expectan-
 erat lux vera, quæ illuminat tibus dominum suum, quan-
 omnem hominem venientem do reuertatur à nuptijs.
 in hunc mundum. Lucerna ¶. Vigilate ergo, quia
 autem lucere non potest, nescitis, quæ hora Dominus
 nisi aliunde lumen acce- vester venturus sit. Et vos.
 perit. Gloria Patri. Et.

¶. Amavit eum Dominus,
 & ornauit eum: stolam
 gloriæ induit eum, * Et
 ad portas paradisi coro-
 nauit eum.

¶. Induit eum Dominus
 lorica: fidei, & ornauit
 Et ad portas.

Lectio viij.

HÆc est lucerna, quæ
 accenditur, virtus
 scilicet nostræ mentis, &
 sensus, vt drachma illa pos-
 sit, quæ perierat, reperiri.
 Nemo ergo fidem sub lege
 constituat; lex enim intra
 mensuram est, vltra mensu-
 ram gratia: lex obumbrat,
 gratia clarificat. Et ideo
 nemo fidem suam intra
 mensuram legis includat:
 sed ad Ecclesiam conferat,
 in qua septiformis spiritus
 relucet gratia, quam Prin-
 ceptus ille Sacerdotum fulgo-
 re supernæ Diuinitatis il-
 luminat, ac eam legis

Lectio ix.
Denique lucerna illa,
 quam matutinis, ves-
 pertinisque temporibus, ritu
 veteri Iudæorum, Prin-
 ceptus Sacerdotum solebat
 accendere, velut sub modio
 sita legis, euanuit; & ciuitas
 illa Ierusalem, quæ in terris
 est, quæ occidit Prophetas,
 quasi in conualle fletus pos-
 sita delitescit: Illa autem
 Ierusalem, quæ in Cælo est,
 in qua militat fides nostra,
 in illo altissimo omnium
 locata Monte, hoc est, Chri-
 sto, non potest tenebris, &
 ruinis huius Mundi abscon-
 di: sed fulgens candore So-
 lis æterni, luce nos gratiæ
 spiritualis illuminat.

Te Deum laudamus.

Si venerit in Dominica in-
 fra octauam Epiph. dicitur ne-
 na Lect. Hemil. Dominica, cum
 ipsius commem. & Oct.

Ad Laudes, vs in Comuni.

¶. Ora

v. Ora pro nobis, ut in septuagesimum annum agēs,
Vesp. Oratio ut supra. dicebat; quā libenter abi-
In secundis Vesperis, ut in rem, si Domino placeret.
Communi, prater Antiphonā. Febri acerrima correptus;
Ad Magnificat, Antiph. lectum parentibus obiecit
 O Beatum Pontificem, vir- exemplo Domini Saluato-
 tutibus insignem, meritis ris, qui non in molli strato,
 locupletem, rebus paupe sed in duro ligno recubuit,
 rem, miraculis gloriosum, & sublati in cœlū oculis,
 ora pro nobis Deum, qui venio, dixit, ad te bone Iesu.
 potens est, & exaltat hu- Lacrymantes etiam incre-
 miles. alleluia. pauit, dicens, tempus esse

Oratio ut supra.

Deinde fit commemoratio
 Oſtaua.

Diebus sequentibus fit de
 Oſt. Epiph. cum commem. Bea-
 ti Laurentij.

Die vero 14. fit de S. Hila-
rio, Vel de alio festo occurren-
te, cum commem. Beati Lau-
rentij, nisi tale festum occur-
rens fit ex solemnioribus, quia
tunc standum erit Rubr. Bre-
uarij.

DIE XV. IANVARII.

Oſtaua B. Laurentij Offi-
 eium Dupl.

Omnia ut in primis Vesp-
ris festi, cum commemorat.
S. Hilarij, & Sancti Mauri
Abbatis.

In 1. Noctur. Lect. de Script.
occurrenente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

CVM esset morti proxi-
 mus, quartum supra mea.

lætitiæ, non mœtoris; sed
 inter fiduciam, & humilita-
 tem medius, confidens me
 tuebat, & metuens confide-
 bat. Corpus suum sine ali-
 qua pompa ad Monasterium
 suæ Congregationis deferri
 præcepit, & serid inculcauit
 In ipsius ædibus nulla supel-
 lex fuit reperta; non aurum,
 non argentum, & quod mi-
 rabilius est, nec libri, cum
 tamen quotidie legeret, aut
 scriberet, ut cum Sancto
 Martyre Laurentio dicere
 posset; se omnes facultates
 suas in Cælestes transmississe
 thesauros.

ꝛ. Inueni David seruum
 meum, oleo sancto meo unxi
 eum; * Manus enim mea au-
 xiliabitur ei.

v. Nihil proficiet inimi-
 cus in eo, & filius iniquitatis
 non nocet ei. Manus enim

LECTIO V.

SUSCEPTA VERÒ SACRI OLEI VINCTIONE, dicebat adstantibus; videtis, ò filij, hOMINEM MEAM ADUENISSE; benedictus DEUS, qui eam tandem aduenire voluit, cum nulla sit alia via, quæ ducat in CÆLUM. Scipsum pijsSIMIS precibus DOMINO commendabat. Adstantes fratres ad Diuinorum præceptorum obleruantiam, ad Ecclesiæ cultum, & mutuam charitatem hortabatur. Sublato paulisper brachio, sicut alter ISAAC, filijs suis, quos in DOMINO pepererat, præsentibus, & absentibus benedixit. Principi quoque ac SENATUI, & vniuerso populo cÆLESTEM benedictionem apprecatus est. Confluentibus denique ex omni CIVITATIS ordine monita salutis dedit: SACERDOTIBUS Diuinum honorem, PROCURATORIBUS iustitiam, negotiorum GESTORIBUS charitatem, & singulis quibusque officiorum suorum munera commendabat, vt mirum planè fuerit artibus laxis, ac penè exanimibus, intento semper spiritu, per totum biduum, quo superuixit, tantum laborem perferre potuisse.

& POSUI adiutorium super potentem, & exaltaui eum de plebe mea; * MANUS enim mea auxiliabitur ei.

†. Inueni DAVID seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum. MANUS.

LECTIO VI.

SED iam dissoluebantur vincula carnis, & spiritus; dum CÆLO spiritus, terræ membra reddenda erant, claudensque oculos, facie hilariori fuit, tanquam de labore ad requiem transiturus, dieque OCTAUA Ianuarij, anno salutis millesimo quadringentesimo quinquagesimo primo, obdormiuit in DOMINO. Delato ad Ecclesiam funere, tanta circumstetit hominum multitudo, vt è Choro ad valvas Ecclesiæ sola sese comprimentium turba, raptum sit. Accurrunt Contratum Scholæ, non quasi ad mortuum sepeliendum, non lugubri pompa, sed deauratis cereis, & omni honoris, ac lætitiæ significatione: quin & Angeli à quibusdam Carthusianis Monachis, qui Officio intererant, canere auditi sunt. Maxima autem orta lite inter Patriarchales Canonicos, & Patres Sancti Georgij super sepulturæ illius

lius loco, corpus insepul-
tum interim per sexaginta
septem dies, suauem odo-
rem effluens; rubescens,
facie, integrum, & incorru-
ptum permansit, donec die
decima septima Martij tan-
quam Sancti cuiusdam Viri
tumulatum est, & annuente
ipsa Veneriarum Ciuitate,
in Ecclesia Patriarchali re-
conditum, permultis mira-
culis illustratur.

℞. Iste est, qui a te Deum
magnas virtutes operatus
est, & omnis terra doctrina
eius repleta est, * Ipse in-
tercedat pro peccatis om-
nium populorum.

ψ. Iste est, qui contempfit
vitam mundi, & peruenit
ad caelestia regna. Ipse in-
tercedat.

Gloria Patri. Ipse.

IN III. NOCTVRNO.

*Lectioes, vt in die festo,
prater nonam, qua dicitur de
S. Mauro Abbate, cuius etiam
fit commemoratio, in laudibus.*

*In secundis Vesperis fit com-
memoratio S. Marcelli Papa, &
Martyris.*

DIE XIX. IANVARII.

*In festo S. Canuti Martyr.
Semiduplex.*

ORATIO.

DEus, qui ad illustran-
dam Ecclesiam tuam
Beatum Canutum Danorum
Regem martyrij palma,
& gloriosis miraculis de-
corare dignatus es; conce-
de propitius, vt sicut ipse
Dominicæ passionis imita-
tor fuit, ita nos per eius
vestigia gradientes, ad gau-
dia sempiterna peruenire
mercamur. Per eundem Do-
minum, &c.

*Deinde fit cōmemoratio SS. Mart.
Marij, & soc.*

Antiphona. Istorum est e-
nim regnum caelorum, qui
contempserunt vitam mun-
di, & peruenierunt ad præ-
mia regni, & lauerunt stolas
suas in sanguine Agni.

ψ. Letamini in Domino,
& exultate iusti.

℞. Et gloriamini omnes
recti corde.

ORATIO.

EXaudi Domine popu-
lum tuum cum Sancto-
rum tuorum patrocinio
supplicantem, vt & tempo-
ralis vitæ nos tribuas pace
gaudere, & æternæ repe-
rire subsidium. Per Domi-
num, &c.

*In I. Noct. Lect. de Scriptur.
recurrente.*

In secundo Nocturno.

Le-

Lectio iv.

CANUTUS Quartus Suenonius Esthriij Dannorum Regis filius, fide, pietate, & morum honestate conspicuus, eximia sanctitatis, à teneris annis specimen dedit. Paternum sceptrum, summa omnium acclamatione, adeptus, Religioni promouendæ sedulo incumbere, Ecclesias redditibus augere, & pretiosa suppellectili ornare, cepit. Tum zelo propagandæ fidei succensus, Barbara regna iusto certamine aggressus, deuictas, subditasque nationes Christianæ legi subiugauit. Victorijs autem plurimis gloriosus, & diuitijs auctus, regale diadema ad Christi crucifixi pedes abiecit, se & regnum illi subiiciens, qui Rex Regnum est, & Dominus dominantium Corpus suum ieiunijs, cilicijs, & flagellis castigauit. In oratione, & contemplatione assiduus, erga pauperes profusus; erga omnes beneficus semper fuit, nec vnquam à iustitiæ, diuinæque legis semita deflexit.

Æ. Hominem fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit

illi claritatem æternam.

¶. Descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit eum. Et dedit.

Lectio v.

HIS alijsque virtutibus imbutus, ad supremum perfectionis apicem. Sanctus Rex properabat. Accidit autem, vt Angliæ regnum à Vvilhelmo Normandorum Duce formidabili exercitu inuaderetur, Anglis verò Danorum opem implorantibus cum succurrere. Rex decreuisset, belli expeditionem Olao fratri commisit, qui regnandi cupiditate illectus arma vertit in Regis perniciem, militibus, & populo contra illum concitatis. Nec desuerunt rebellionis fomenta; cum enim Rex editis legibus decimas Ecclesijs solui, Dei, & Ecclesiæ præcepta seruari, transgressoresque puniri sanxisset, plerique peruersi, ac scelerati homines exacerbati primùm quidem tumultuari, tum plebem commouere, ac tandem sanctissimo Regi necem moliri cæperunt.

Æ. Desiderium animæ eius tribuisti ei Domine; * Et voluntate labiorum, eius nõ fraudasti eum.

¶. Quoniã preuenisti eum in bene-

benedictionibus dulcedinis ; luit. Plures etiam varijs languoribus afflicti , ad eius tumulum remedium , & incolumitatē consequuti sūt ;

LECTIO VI.

SCiens igitur Rex fururorum præscius mortem sibi propter iustitiam imminere , ea prænunciata ad Ecclesiam Sancti Albani Martyris Othoniz tanquam ad locum certaminis profectus est : & Sacramentis munitus agonem suum Domino commendabat . Mox ibi adueniens coniuratorum multitudo Ecclesie ignem admoveere , fores confringere , & in eam irrumpere tentarunt . quod cum perficere non possent , ad fenestras accedentes saxa , & sagittas in sanctum Regem flexis genibus pro inimicis orantem , magno impetu iaculari non cessarunt , donec lapidum , & telorum ictibus , ac tandem lancea confossus , glorioso martyrio ante altare extensis brachijs procumbens coronatus est , sedente in Apostolico throno Gregorio Septimo . Multis postea miraculis Martyrem suum illustravit Deus : nam graui penuria , & diuersis calamitatibus oppressa Dacia patrati sacrilegij poenas

luit. Plures etiam varijs languoribus afflicti , ad eius tumulum remedium , & incolumitatē consequuti sūt ; cumque Regina sacrum eius corpus noctu clam surripere , & aliò transferre conaretur , emissio cælitus ingenti splendore præterrita à proposito cessauit .

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus ; * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

ψ. Cibauit illum Dominus pane vitæ , & intellectus ; & aqua sapientie salutaris potauit illum . Et coronam . Gloria Et.

In tertio Nocturno, Homilia S. Gregorij Papa in Euangel. Si quis vult post me venire . ut in Communi unius Mart. Nona Lect. de Sanctis Mart. Mario, & soc. cum eorum commem. in laud.

Antiph. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt , nolite timere , multis passeribus meliores estis vos.

ψ. Exultabunt Sancti in gloria .

℞. Latrabuntur in cubilibus suis .

Oratio , ut supra .

Vespera de SS. Fabiano , & Sebastianiano , cum commemor. S. Cæsarii .

DIE IV. FEBRUARII. *educatus, cum sensim ad
In festo S. Andrea Corsini* *vicia declinaret, sæpe à ma-
Episcopi, & Confessoris.* *tre increpatus fuit. Vbi au-
Semiduplex.* *tem cognouit se parentum*

*In Hymno. Ille Confessor,
dicatur:*

Hæc die lætus meruit su-
premos Laudis honores.

ORATIO.

DEUS plebis tuæ misera-
tor, cui beatus An-
dreas Pontifex, abdicato
sæculi fastu, liberiori placuit
ministerio: da, quæsumus,
Pastoris sui solempnia recen-
sentis, eius non destitui
suffragio, cuius confidit me-
ritis, tuæ restitui gratior
maiestati. Per.

*In I. Noct. Lect. de Scriptur.
occurr.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Andream Florentiæ ex
nobili Corsinorum
familia natum, parentes
precibus à Deo impetra-
runt, & Beatæ Virgini spo-
poderunt. Qualis autem fu-
turus esset, diuino præfagio,
antequam nasceretur, osten-
sum est; nam Mater grauida
sibi visa est per quietem lu-
pum edidisse, qui ad Carme-
litarum ædem pergens, in
ipso templi vestibulo sta-
tim in agnum conuersus est.
Adolescens piè, & ingenuè

& Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo unxi
eum; * Manus enim mea au-
xiliabitur ei.

† Nihil proficiet inimi-
cus in eo, & filius iniquitatis
non nocebit ei. Manus
enim.

Lectio v.

Interea Fesulana Ecclesia
suo viduata Pastore,
eum sibi Episcopum elegit,
quo munere se indignum
æstimans, diu latuit ignotus,
donec pueri voce mirabili-
ter loquentis proditus, &
extra Urbem inuentus, ne
diuinæ contradiceret volun-
tati Episcopatum suscepit.

Et

Eadignitate auctus, humili- fimo primo; Quem Urbanus
 litati, quam semper coluerat Octavius multis; magnisque
 impensius incubuit, & pa- miraculis clarum, Sactorum
 storali sollicitudini, miseri- numero adscripsit. Eius cor-
 cordiam in pauperes, libe- pus Florentia; in Ecclesia
 ralitatem, Orationis assi- sui Ordinis quiescit, &
 duitatem, vigilias, aliasque maxima Civium veneratio-
 virtutes adiunxit, & spiritu ne colitur, quibus non semel
 etiam prophetico clarus in præsentis discrimine præ-
 fuit, adeo ut eius Sanctitas fido fuit.

ab omnibus celebraretur. *R.* Iste est; qui ante Deum
 magnas virtutes operatus
R. Posui adiutorium su- est, & omnis terra doctrina
 per potentem, & exaltaui eius repleta est; * Ipse in-
 electum de plebe mea; * tercedat pro peccatis om-
 Manus enim mea auxiliabi- nium populorum.

tur ei. *Ps.* Iste est, qui contempfit
 vitam mundi, & peruenit ad
 celestia regna. Ipse.

Leit. vi.

Gloria Patri. Ipse.

HIS permotus Urbanus *In tertio Nocturno Homil.*
 Quirinus ad sedandas *in Euangelium.*
 Bononiae turbas Andream Homo peregrè profici-
 legatum misit; quo in mu- scens ut in *Communi Confess.*
 nere multa perpessus Ciuium *Pontif. primo loco.*
 odia, quæ ad internecionem *In ij. Vesperis, à Capitulo de*
 exarserant, summa pruden- *S. Agatha Virgine, & Mart.*
 tia restinxit, tum restituta *ut in Breuiario, cum commem.*
 tranquillitate ad propria, *S. Andrea.*
 reuersus est. Nec multo post
 assiduis laboribus, & volun-
 taria carnis macefatione,
 confectus, obitus die à
 Beata Virgine sibi prædicto,
 ad Cælestia regna migravit,
 Anno Domini millesimo
 trecentesimo septuagesimo
 tertio, ætatis suæ septuage-

DIE V. APRILIS.

In festo S. Vincentij Confess.
Semiduplex.

Omnia de Communi Conf.
non Pontif. præter Orationem
propriam, & Leit. secundæ
Nocturni.

ORA.

ORATIO.

DEUS, qui Ecclesiam tuam Beati Vincentij Confessoris tui meritis, & prædicatione illustrare dignatus es: concede nobis famulis tuis, ut & ipsius instruamur exemplis, & ab omnibus eius patrocinio liberemur aduersis. Per Dominum nostrum!

In 1. Nocturno, Lect. de Script. occurrente.

Si autem veneris in Quadragesima erunt de eodem Communi scilicet.

Iustus si morte. primo loco.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

VINCENTIVS honesta stirpe Valentia in Hispania natus, ab ineunte ætate congestit senile. Qui dum caliginosi huius sæculi labilem cursum pro ingenij sui modulo consideraret; Religionis habitum in Ordine Prædicatorum decimo octauo ætatis suæ anno suscepit; & emissæ solemnī professione sacris litteris sedulo incumbens, Theologiæ lauream summa cum laude consecutus est. Mox obtenta à Superioribus licentia verbum Dei prædicare, Iudæorum perfidiam arguere, Saracenorum erro-

res confutare, tanta virtute, & efficacia coepit, ut ingentem ipsorum infidelium multitudinem ad Christi fidem perduxerit, & multa Christianorum millia à peccatis ad penitentiam, à vitijs ad virtutem reuocarit. Electus enim à Deo, ut monita salutis in omnes gentes, tribus, & linguas diffunderet, & extremi, tremendique iudicij diem appropinquare ostenderet, omnium auditorum animos terrore concussos, atq; à terrenis affectibus auulsos, ad Dei amorem excitabat.

&c. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum: * Et dedit illi claritatem æternam.

†. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendis illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

IN hoc autem Apostolico munere, hic vitæ eius tenor perpetuus fuit. Quotidie missam summo mane cum cantu celebrauit, quotidie ad populum concionem habuit, inuolabilem semper ieiunium, nisi vrgens adesset necessitas seruauit: Sancta, & recta consilia nulli denegauit,

denegauit, carnes nunquam
comedit, nec vestem lineam
induit, populorum iurgia
sedauit, dissidentia Regna
pace composuit, & cum
vestis inconsutilis Ecclesie
diu schismate scinderetur,
vt vniretur, & vnita serua-
retur plurimum laborauit.
Virtutibus omnibus claruit,
suosque detractores, & per-
secutores in simplicitate,
& humilitate ambulans,
cum mansuetudine recepit,
& amplexus est.

xx. Amavit eum Dominus,
& ornauit eum, stolam glo-
rie induit eum: * Et ad
portas paradisi coronauit
eum.

ψ. Induit eum Dominus
loricam fidei, & ornauit
eum. Et ad.

Lectio vi.

PER ipsum diuina virtus,
& confirmationem vi-
tæ, & prædicationis eius
multa signa, & miracula
fecit. Nam frequentissime
super ægros manus impo-
suit, & sanitatem adepti sūt:
Spiritus immundos è cor-
poribus expulit; Surdis au-
ditum, mutis loquelam,
cæcis visum restituit, lepro-
sos mundauit, mortuos su-
scitauit. Senio tandem, &
morbo confectus infatiga-

bilis Euangelij præco, plu-
rimis Europæ Prouincijs
cum ingenti animarum fru-
ctu peragratis, Venetiæ, in
Britannia minori prædica-
tionis, & vitæ cursum fe-
liciter consummauit, anno
salutis millesimo quadrin-
gentesimo decimo nono,
quem Callixtus Tertius Sā-
ctorum numero adscripsit.

xx. Iste homo perfecit om-
nia, quæ locutus est ei Deus,
& dixit ad eum: Ingredere
in requiem meam: * Quia
te vidi iustum coram me ex
omnibus gentibus.

ψ. Iste est, qui contempsit
vitam mundi, & pertuenit
ad cælestia regna. Quia te.
Glor. Patri. Quia te.

*In iij. Noct. Homil. S. Grego-
rij Papa in Euangelium. Sint
lumbi vestri præcincti, de
Communi Conf. non Pontif.*

*Et si venerit in Quadra-
gesima, nona Lectio, & com-
memor. Feria.*

DIE V. MAII.

In festo B. Pij Quinti.

Semiduplex.

*De præcepto Roma, & in
Oppido Boschi Detronen. Diœ-
cesis, necnon Diocesisbus Mon-
tis Regalis, Nepesina, & Su-
trina solum.*

*Omnia de Communi Conf.
Pontif. præter Lect. ij. Noct.*

Lectio

PIVS in Oppido Insubrię, quod Bolchum vocant, natus, sed è Bononia oriundus ex nobili Hhisleriorum familia, cum quatuordecim esset annorum, Ordinem Prædicatorum ingressus est. Erat in eo admirabilis patientia, profunda humilitas, summa vitæ austeritas, continuum orationis studiū, & regularis obseruantię, ac Diuini honoris ardentissimus zelus. Philosophiæ verò, ac Theologiæ incumbēs, ad eò in ijs excelluit, vt illas docendi munus magna cum laude per multos annos exercuerit, Sacras conciones pluribus in locis cum iugenti adiutorum fructu habuit. Inquisitoris officium inuiolabili animi fortitudine diu sustinuit, multasque Ciuitates, non sine vitæ discrimine, ab hæresi tunc grassante immunes seruauit.

ꝫ. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum; * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ꝫ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim.

A Paulo Quarto, cui ob eximias virtutes carissimus erat, ad Nepefinum, & Sutrinum Episcopatum promotus, & post biennium inter Romanę Ecclesię Presbyteros Cardinales adscriptus: Tum ad Ecclesiam Montis Regalis in Subalpiniis à Pio I V. translatus, cum plures in eam abusus irrepsisse cognouisset, totam Dioccesim lustrauit, rebusq; compositis Romam reuersus, grauisissimis expediendis negotijs applicatus, quod iustum erat Apostolicę libertate, & constantia decernebat. Mortuo autem Pio, præter omnium expectationem electus Pontifex nihil in vitæ ratione, excepto exteriori habitu, immutauit. Fuit in eo religionis propagandę perpetuum studium, in Ecclesiastica disciplina restituenda indefessus labor, in extirpandis erroribus assidua vigilantia, in subleuandis egentium necessitatibus indeficiens beneficentia, in Sedis Apostolicę iuribus vindicandis robur inuictum.

ꝫ. Posui adiutorium super potentem, & exaltaui electum de plebe mea; * Manus

enim mea auxiliabitur ei. magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrina eius repleta est: Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

¶. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi.

Selimum Turcarum Tyrannum multis elatum victorijs, ingente comparata classe, ad Echinadas insulas non tam armis, quam suis ad Deum precibus deuicit. Quam victoriam ea ipsa hora, qua obtenta fuit, Deo reuelante, cognouit, suisque familiaribus indicauit. Dum verò nouam in ipsos Turcas expeditio. nem moliretur, in grauem morbum incidit, & acerbissimis doloribus patientissime toleratis ad extrema deueniens, cum Sacramenta de more suscepisset, animam Deo placidissime reddidit, aëno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, ætatis suæ sexagesimo octauo, cum sedisset annos sex, menses tres, dies viginti quatuor. Corpus eius in Basilica Sanctæ Mariæ ad Præsepe summa fidelium ueneratione colitur. Multis à Deo eius intercessione patratis miraculis.

¶. Iste est, qui ante Deum

¶. Iste est, qui contempfit vitam mundi, & peruenit ad cœlestia regna. Ipse intercedat.

Glor. Patri. Ipse.

DIE XIII. IULII.

In festo S. Ioannis Gualberti Abbatis.

Semiduplex.

Omnia de Comuni Abbatum, præter Lect. i. & iij. Nocturni.

ORATIO.

Intercessio nos, quaesumus, Domine, Beati Ioannis Gualberti Abbatis commendet: ut quod nostris meritis non ualemus, eius patrocinio assequamur. Per Dominum.

Et fit commemor. s. Naboris, & Felicis Martyr. in Vesp. & Laud. ut in Breu.

In 1. Nocturn. Lect. de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Ioannes Gualbertus Florentiæ nobili genere ortus, dum patri obsequens rem militarem sequitur, Vgo vnicus eius frater occiditur à consanguineo, quem cum solum, & incremem sancto Parasceues die Ioannes armis, ac militibus stipatus obuium haberet, vbi neuter alterum poterat declinare, ob sanctæ Crucis reuerentiam, quam homicida supplex mortem iam iam subiturus brachijs signabat, vitam ei clementer indulget. Hoste in fratrem recepto, proximum Sancti Miniatis templum oraturus ingreditur; vbi adoratam Crucifixi imaginem caput sibi flectere conspicit. Quo mirabili facto permotus Ioannes, Deo exinde, etiam inuito Patre, militare decernit, atque ibidem proprijs sibi manibus comam rotondit, ac Monasticum habitum induit, adedque pijs, ac religiosis virtutibus breui coruscavit; vt multis se perfectionis specimen, ac normam præberet, ita vt eiusdem loci Abbate defuncto, communi omnium

voto in Superiorem eligeretur. At Dei famulus cupiens subesse potius, quam præfesse, ad maiora Diuina voluntate seruatus, ad Camaldulensium Eremitam Romanum proficiscitur; à quo coelicum sui instituti vaticinium accipit; tum suum Ordinem sub regula Sancti Benedicti apud Umbrosam Valem instituit.

Et. Honestum fecit illum Dominus, & custodiuit eum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum; * Et dedit illi claritatem æternam.

†. Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio v.

Deinde plurimis ad eum ob eius sanctitatis famam, vndique conuolantibus, vnà cum ijs in socios adscitis, ad hæreticam, & simoniacam prauitatem extirpandam, & Apostolicam fidem propagandam sedulo incumbit, innumera propterea in se, & suis incommoda expertus. Nam vt eum, eiusque socios aduersarij perdant, noctu sancti Saluij ac cœnobium repente aggrediuntur, templum incendunt, & aedes demoliuntur, & Monachos

chos omnes læthali vulnere
 fauciant, quos vir Dei vnico
 Crucis signo incolumes
 protinus reddit; & Petro
 eius Monacho per immen-
 sum, ardentissimumq; ignem
 illæso mirabiliter transeun-
 te, optatam sibi, & suis
 tranquillitatem obtinet; inde
 simoniacam labem ab He-
 truria expulit, ac in tota
 Italia fidem pristinae inte-
 gritati restituit.

ꝫ. Amavit eum Dominus,
 & ornauit eum: stolam
 gloriæ induit eum, * Et
 ad portas paradisi coro-
 nauit eum.

ꝫ. Induit eum Dominus
 lorica: fidei, & ornauit
 eum. Et ad portas.

Lectio iij.

Multa funditus erexit
 Monasteria, eademq;
 & alia ædificijs, ac Regula-
 ri obseruantia instaurata,
 sanctis legibus communiuit.
 Ad egenos alendos sacram
 supellectilem vendidit. Ad
 improbos coercendos ele-
 menta sibi famulari conspe-
 xit. Ad Dæmones compri-
 mendos Crucem, quasi en-
 sem adhibuit. Demum
 abstinentijs, vigilijs, ieiu-
 nijs, orationibus, carnis
 macerationibus, ac senio
 confectus, dum infirma va-

letudine grauaretur, Dau-
 dica illa verba persapè re-
 pererat. Sitiuit anima
 mea ad Deum fontem viuū,
 quando veniam, & apparebo
 ante faciem Dei. Iamque
 morti proximus, conuoca-
 tos discipulos, ad fraternam
 concordiam cohortatur, &
 & in Breuiculo, cui conse-
 peliri voluit, iussit hæc scri-
 bi. Ego Ioannes credo, &
 confiteor fidem, quam sancti

Apostoli prædicauerunt, &
 sancti Patres in quatuor
 Concilijs confirmauerunt.
 Tandem triduo Angelo-
 rum obsequio dignatus, o-
 ctuagesimum octauum an-
 num agens, apud Passinia-
 num, vbi summa veneratio-
 ne colitur, migravit ad Do-
 minum, anno salutis millesi-
 mo septuagesimo tertio,
 quarto Idus Iulij. Quem
 Cælestinus Tertius innu-
 meris miraculis clarum,
 in Sanctorum numerum re-
 tulit.

ꝫ. Iste homo perfecit om-
 nia, quæ locutus est ei Deus,
 & dixit ad eum, Ingrede-
 re in requiem meam: * Quia te
 vidi iustum coram me ex
 omnibus gentibus.

ꝫ. Iste est, qui contemp-
 sit vitam mundi, & peruenit
 ad cælestia regna. Quia te
 vidi

vidi. Gloria Patri. Quia te. faciunt, nesciunt.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. Cap. 5. f. 43.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Audistis, quia dictum est: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Et reliqua.

Hom. S. Hieronymi Presbyt.

Lib. 1. Comment. in cap. 5.

Matth.

Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros: benefacite his, qui oderunt vos Multi præcepta Dei imbecillitate sua, non sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia, quæ præcepta sunt, & dicunt, sufficere virtutibus, non odisse inimicos; ceterum diligere, plus præcipi, quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo, Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta. Quæ fecit David in Saul, & in Absalon: Stephanus quoque martyr pro inimicis lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema cupit esse pro persecutoribus suis; hæc autem Iesus, & docuit, & fecit, dicens: Pater ignosce illis; quod enim

faciunt, nesciunt. **R.** Ille est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudavit Dominum; Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum.

Y. Ecce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinens se ab omni opere malo, & permanens in innocentia sua. Ipse.

Lectio vij.

In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcumque excusationem prætere, ad habendam verò dilectionem nullus se poterit excusare. Potest mihi aliquis dicere, non possum ieiunare, numquid potest dicere, non possum amare? Potest aliquis dicere, virginitatem non possum seruare, non possum res totas vendere, & pauperibus erogare; numquid potest dicere, non possum diligere inimicos.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. quando reuertatur à nuptijs.

Y. Vigilate ergo, quia nescitis, qua hora Dominus

vester venturus sit. Et vos. pauperibus; iustitia eius manet in sæculum sæculi.

Gloria Patri. Et.

†. Amavit. Oratio.

LECTIO IX.

NON enim ibi, aut pedes laborant cursando, aures audiendo, aut manus operando laxantur, ut nos per ipsam excusationem liberare conemur; Non nobis dicitur: Ite ad Orientem, & quærite charitatem, nauigate ad Occidentem, & inuenietis dilectionem. Intus in nostro corde est, ubi redire iubemur, dicente Propheta; Redite præuicacatores ad cor. Non enim in longinquis regionibus inuenitur, quod à nobis petitur. Te Deum.

DIE XVI IULII.

Aut alia infra Octauam, Officium Commemor. sollemnis B. Virg. de Monte Carmelo.

DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

In festo S. Thoma de Villanoua Confess. Pontif.

Semiduplex.

Omnia de Communi Conf. Pontificis præter ea, qua hæc sunt propria.

In Hymno. Iste Confessor, dicatur:

Hac die lætus meruit supremos Laudis honores.

Ad Magnificat, in utrisque Vesperis.

Antiphona. Dispersit, dedit

DEUS, qui beatum Thomam Pontificem insignis in pauperes misericordiz virtute decorasti; quæsumus, ut eius intercessio in omnes, qui te deprecantur, diuitias misericordiz tuæ benignus effundas. Per Dominum nostrum.

In I. Noct. Lect. de Scriptur. occurrente.

Si hoc festum venerit in Quatuor Temporibus, in primo Noctur. leguntur Lektionen de Epistola ad Timotheum.

Fidelis sermo. de Communi Confess. Pontif. & ix. Lectio de Homilia Feria occurrent. cum commem. ad Laudes.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

THOMAS in Oppido Fontisplani Toletanz diæceseos in Hispania natus anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo octauo, ab optimis parentibus, ineunte vita, pietatem, & singularem in pauperes misericordiam accepit: cuius adhuc puer compluribus dedit exempla, sed illud in primis nobile, quod ut nudos operiret, proprijs vestibus non semel seipsum exiit,

exiit; Exacta pueritia, doctrina præstans, subire
 Compluto, quò missus fue-
 ret, patris obitu reuocatus,
 vniuersam hæreditatem e-
 genis virginibus alendis di-
 canit; eodemque statim pro-
 fectus est, vt curriculum
 sacræ Theologiæ conficeret;
 interim assiduis precibus
 scientiam Sanctorum, & re-
 ctam vitæ, morumque nor-
 mam à Domino vehementif-
 simè postulans: quare diui-
 no instinctu Eremitarum san-
 cti Augustini amplexus est
 institutum.

ꝛ. Inueni David seruum
 meum, oleo sancto meo vxi-
 eum; * Manus enim mea au-
 xiliabitur ei.

ꝝ. Nihil proficiet inimi-
 cus in eo, & filius iniquita-
 tis non nocebit ei. Manus
 enim mea.

Lectio v.

Religionem professus,
 omnibus religiosi ho-
 minis virtutibus, & orna-
 mētis excelluit; humilitate,
 patientia, continentia, sed
 ardentissima, charitate sum-
 mē conspicuus; inter varios,
 & assiduos labores orationi,
 rerumque diuinarum medi-
 tationi inuictō spiritu sem-
 per intentus. Prædicandi o-
 nus, vtpotē sanctiſſima, &

iussus, cælesti aspirante gra-
 tia, innumerabiles è vitiorum
 ceno in viam salutis reduxit.
 Regendis deinde fratribus
 admotus, prudentiam, æqui-
 tatem, & mansuetudinem,
 pari sedulitate, ac seuerita-
 te coniunxit, ad eò vt pri-
 scam sui Ordinis disciplinā
 multis in locis vel firmaue-
 rit, vel restituerit.

ꝛ. Posui adiutorium su-
 per potentem, & exaltaui
 electum de plebe mea: *
 Manus enim mea auxiliabi-
 tur ei.

ꝝ. Inueni David seruum
 meum, oleo sancto meo vxi-
 eum. Manus enim.

Lect. vi.

Granatensis Archiepis-
 copus detinatus, mira
 humilitate, & constantia in-
 signe munus reiecit. Verùm
 non multò post, Valentiam
 Ecclesiam, Superiorum au-
 thoritate coactus gubernan-
 dam suscepit, quam annis
 ferme vndecim ita rexit, vt
 sanctissimi, & Vigilantissimi
 Pastoris partes expleuerit.
 Cæterùm conuicta viuendi
 ratione nihil admodum im-
 mutata, inexplebili charita-
 ti multò magis indulſit, cum
 amplios Ecclesiæ redditus in
 egenos disperſit, ne lect. Iq
 quidem

quidem sibi relicto; nam cū, in *Euangelium*,
 in quo decumbebat, cū Homo peregrè proficiscēs,
 in cœlum euocaretur, ab *ut in Communi Confes. Pontif.*
 eodem cōmodatum habuit, *primo loco*.

cui paulò ante eleemosynæ *Ad Benedictus, Antiph.*
 loco donauerat. Obdormi- Eleemosinas illius enarrabit
 uit in Domino sexto Idus omnis Ecclesia Sanctorum.
 Septembris, annos natus *Vespera de ss. Ianuario Epif.*
 octo, & sexaginta. Serui *sopo, & socijs eius Mart. cum*
 sui sanctitatem adhuc uiuen- *commemor. S. Thoma per An-*
 tis, & exinde post mortem *tiphonam.*

miraculis Deus testatam vo- Disperdit, dedit pauperi-
 luit, præsertim, cū hor- bus: iustitia eius. *ut suprâ*
 reum, frumento pauperibus *in primis Vesperis.*

distributo, penitus vacuum, y. Iustum deduxit.

repentè plenum inuentum. *Oratio, ut suprâ.*

est; & cū ad eius sepul- DIE XXVIII. SEPTEMBR.

chrum puer mortuus reui- *In festo S. Venceslai Mar-*
 xit. Quibus, alijsque non *tyris. semiduplex.*

paucis fulgentem signis, **ORATIO.**

Alexander Septimus Ponti- **D**Eus, qui beatum Vven-
 fex Maximus Sanctorum num- ceslaum per martyrij
 bero adscripsit, atque eius palinam à terreno Principa-
 memoria quartodecimo ka- tu ad cœlestem Gloriam trā-
 lendas Octobris celebrari stulisti; eius precibus nos ab
 mandauit. omni aduersitate custodi, &

& iste est, qui ante Deum eiusdem tribue gaudere
 magnas virtutes operatus consortio. Per Dominum.

est, & omnis terra doctrina *In 1. Noct, Lect. de Script.*
 eius repleta est, * Ipse in- *occurrente.*

tercedat pro peccatis om- *In secundo Noctur.*

nium populorum. *Lectio iv.*

y. Iste est, qui contempfit **V**Venceslaus Bohemiæ
 vitam mundi, & peruenit Dux, Vvratislao pa-
 ad cœlestia regna. Ipse in- tee Christiano, Drahomira
 tercedat. matre gentili natus, ab auia

Gloria Patri. Ipse. Ludmilla, fœmina sanctissi-

In iij. Nocturno Homilia ma, piè educatus, omni
 virtutum

virtutum genere insignis , dicari ; summa Religione ,
 summo studio virginitatem Sacerdotes veneratus , suis
 per omnem vitam seruauit manibus triticum ferebat , &
 illibatam ; Mater per nefariam Ludmillę necem Regni
 administrationē assequuta , in Missę sacrificio vteren-
 tur ; nocte nudis pedibus
 impię cum iuniore filio Bo-
 leslao viuens , concitauit in
 se Procerum indignationē ;
 quare tyranni , & impij re-
 giminis pertęsi , vtriusque
 excusso iugo , Venceslaum
 in Vrbe Prągenſi Regem sa-
 lutarunt .

ꝫ. Honestum fecit illum
 Dominus , & custodiuit eum
 ab inimicis , & a seduĉtori-
 bus tutauit illum : * Et dedit
 illi claritatem æternam .

Ꝭ. Descenditque cum illo
 in foueam , & in vinculis
 non dereliquit eū . Et dedit .

Leſtio v.

ILLE Regnum pietate
 magis , quam imperio re-
 gens , orphanis , viduis , ege-
 nis tanta charitate subuenit,
 vt proprijs humeris aliquā-
 do ligna indigentibus noctu
 comportarit ; pauperibus
 humanitas frequenter adfue-
 rit , captiuos liberarit , car-
 ceribus detentos nocte in-
 tempeſta viſitavit , pecunijs,
 & consilio ſępiſſimę conſo-
 latus ; Miti animo Princeps
 vehementer dolbat , quem-
piam , etſi reum , morti adiu-

ꝫ. Deſiderium animę eius
 tribuiſti ei Domine : * Et vo-
 luntate laborum eius non
 fraudasti eum .

Ꝭ. Quoniam præueniſti eū
 in benedictionibus dulcedi-
 nis ; poſuiſti in capite eius
 coronam de lapide pretioſo .
 Et .

Leſtio vi.

ANGELOS habuit ſui
 corporis custodes ,
 cum enim ad ſingulare cer-
 tamen aduerſus Radislaum ,
 Ducem Curimẽſem , eo fine
 accederet , vt ſuorum ſaluti
 proſpiceret , viſi ſunt Angeli
 armã miniſtraffe , & dixiſſe
 Aduerſario : Ne ſeriat : Per-
 territus hostis venerabun-
 dus procidens veniam exo-
 ravit ; Cũ in Germaniam
 profectus eſſet , Imperator ,
 conſpectis duobus Angelis ,
 aurea Cruce ad ſe acceden-
 tem orantibus , è folio pro-
 filiens brachijs exceptit ,
 Regijs inſignibus decorat

uit, eique Sancti Viti brachium donauit. Nihilominus impius frater, matre hortante, conuiuio exceptum, & postea in Ecclesia orantem, parata sibi mortis præscium, adhibitis sceleris comitibus, interficit. Sanguis per parietes aspersus adhuc conspicitur, & Deo vindice, matrem inhumanam terra absorbit; Interfectores varijs modis miserè perierunt.

℞. Stola iucunditatis induit eum Dominus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput eius.

ψ. Cibauit illum Dominus pane vitæ, & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potauit illum. Et coronam. Gloria Patri. Et coronam.

In iij. Noct. Homil. S. Gregorij Papa in Euangel.

Si quis vult post me venire, ut in Commun. vnius Mart.

Vesperè de S. Michaelis Archangele sine commem. Sancti Venceslai.

DIE I. OCTOBRIS.

In festo S. Remigij Episcopi, & Confess. semiduplex.

Omnia de Comuni Confess. Pontificis, præter ea, quæ hic habentur.

In Hym. Ille Cōfessor, dicatur

Hac die letus meruit supre-

mos Laudis honores.

ORATIO.

DA, quæ sumus, omnipotens Deus: ut beati Remigij confessoris tui, atque Pontificis veneranda, solemnitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem, Per Dominum.

In I. Noct. Lect. de Script. occurrente.

In secundo Noctur.

Lectio iij.

REMIGIVS, Episcopus Rhemenfis, floruit Clodoueo Rege Francorum, quem etiam baptizauit, & primus omnium doctrina, & miraculis Francos ad Christi Domini fidem perduxit. Eius oratione mortua puella reuixit. Multos interpretatus est diuinæ Scripturæ libros. Amplius septuaginta annos summa cum laude Rhemensem Ecclesiam administrant: Cuius vitæ, & mortis sanctitatem multa, quæ consecuta sunt, miracula comprobant.

℞. Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum; * Manus enim mea auxiliabitur ei.

ψ. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit ei. Manus enim,

Scr:

Sermo S. Maximi Episcopi.
Homil. 59. qua est 2. de S. Eu-
sebio Vercellense.

Leſtio v.

AD sancti, ac beatissimi
Patris nostri Remi-
gij, cuius hodie festa cele-
bramus laudes, addidisse
aliquid, decerpisse est: liqui-
dem virtutum eius gratia,
non sermonibus exponenda
est, sed operibus comprobā-
da. Cū enim dicat Scriptu-
ra; Gloria Patris est filius sa-
piens, quantæ huius sūt glo-
riæ, qui tantorum filiorum,
sapientia, & deuotione læta-
tur? In Christo enim Iesu per
Euangeliū ipse nos genuit.

¶. Posui adiutorium super
potentem, & exaltaui ele-
ctum de plebe mea; * Manus
enim mea auxiliabitur ei.
¶. Inueni David seruum
meum, oleo sancto meo unxi
eum. Manus. *Leſtio vi.*

Quidquid igitur in hac
sancta plebe potest
esse virtutis, & gratiæ, de
hoc quasi quodam fonte lu-
cidissimo, omnium riuulorū
puritas emanuit. Etenim
quia castitatis pollebat vi-
gore, quia abstinentiæ glo-
riabatur angustijs, quia blan-
dimentis erat præditus leni-
tatis, omnium ciuium in
Deum prouocauit affectum;

quia Pontificis administra-
tione fulgebat, plures è di-
scipulis reliquit sui sacerdo-
tij successores.

¶. Iste est, qui ante Deum
magnas virtutes operatus
est, & omnis terra doctrina
eius repleta est, * Ipse in-
tercedat pro peccatis om-
nium populorum.

¶. Iste est, qui contempſit
vitam mundi, & peruenit
ad cælestia regna. Ipse in-
tercedat.

Gloria Patri. Ipse.

*In iij. Nocturno Homilia.
S. Gregorij Papa in Euangel.
Homo peregrè proficiscēs.
de Communi Confess. Pontif.
primo loco.*

*Vespera de Sanctis Angelis
Custodibus, cum commemor.
S. Remigij.*

OFFICIUM S. RAPHÆLIS
ARCHANGELI.

*Cuius festū celebratur Vene-
tijs Dominica 3. post Pascha in
Ecclesia propria, sub ritu du-
plici prima Classis. Apud alios
eiusdē Urbis sub ritu duplici ij.
Clas. ex nouo Decreto Clemētis
X. diei 1. Nouēb. 1671. ad præ-
ces Patriarcha eiusdē Ciuita.
Ad Vesperas, Antiphon.*

Missus est Angelus Ra-
phael cū rol. de laud. vs
infr. Psal. Dixit Dñs. cū reliq.
de Dominica, & loco ultim. Pse.

Lauds.

Laudate Dominum omnes
Gentes.

Capitulum.

Quando orabas cum lacrimis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino.

Hymnus. (tris,

Tibi, Christe, splendor Patris, virtus cordium,
In conspectu Angelorum
Votis voce psallimus:
Alternantes cōcrepando,
Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes
Omnes cœli principes,
Sed præcipuè fidelem
Medicum, & Comitem
Raphaellem, in virtute
Alligantem dæmonem.
Quo Custode proci pelle,
Rex Christe pijsime,
Omne nefas inimici,
Mūdo corde, & corpore:
Paradiso redde tuo
Nos sola clementia.
Gloriam Patri melodis
Personemus vocibus:
Gloriā Christo canamus,
Gloriam Paraclito,
Qui trinus, & vnus Deus
Extat ante sæcula.
Amen.

¶ Stetit Angelus iuxta aram

templi, allel.

& Habens thuribulum aureum in manu sua, allel.

Ad Magnifi. Antiph.

Ego sum Raphael Angelus, qui asto ante Dominum: vos autem benedicite Deū, & narrate omnia mirabilia eius, allel.

ORATIO.

Deus, qui B. Raphaellem Archangelum Tobie famulo tuo comitem dedisti in via: concede nobis famulis tuis, vt eiusdem semper protegamur custodia, & muniamur auxilio. Per.

Deinde fit commemoratio Dominica, vt in Breuiario, quod, & seruetur in laudibus, ac secundis Vesperis.

Ad Matut. Inuitatorium.

Regem Archangelorum Dominum* Venite, adoremus, Allel.

Hymnus. Tibi Christe. vt supra.

In primo Nocturno.

Antiphon. Multa magnalia de Raphaelle Archangelo, qui cæco lumen reddidit, Saram liberauit à dæmone, & Tobiam cum salute reduxit ad propriam. Allel.

Psalm. Domine Dominus noster. In Domino confido, Domine, quis habitabit.

Omnia sub vna Antiphona,

vt

ut sit tempore Paschali. Re-
 quirantur in festo S. Michaelis in conspectu gloriæ summi
 Archangeli, in 1. Nocturno sub
 die xxix. Septembris in Bre-
 vio.

¶ Data sunt Angelo in-
 censa multa, allel.

℞. Ut adoleret ea ante al-
 tare aureum, quod est ante
 oculos Domini, allel.

De libro Tobie.

LECTIO I.

VOCAUIT ad se Tobias
 filium suum, dixitque
 ei: Quid possumus dare viro
 isti Sæcto, qui venit tecum?
 Et respondens Tobias, dixit
 patri suo: Pater, quam mer-
 cedem dabimus ei, aut quid
 dignum poterit esse benefi-
 cijs eius? me duxit, & redu-
 xit sanum, pecuniam à Ga-
 bello ipse recepit, vxorem
 ipse me habere fecit, & dæ-
 monium ab ea ipse compe-
 scuit, gaudium parentibus
 eius fecit, me ipsum à deuo-
 ratione piscis eripuit, te-
 quoque videre fecit lumen
 cæli, & bonis omnibus per
 eum repleti sumus; quid illi
 ad hæc poterimus dignum
 dare? sed peto te, pater mi,
 ut roges eum, si forte digna-
 bitur medietatem de omni-
 bus, quæ allata sunt, sibi
 assumere.

℞. In illo tempore exau-

ditæ sunt præces amborum
 in conspectu gloriæ summi
 Dei: * Et missus est Angelus
 Domini Sanctus Raphael,
 ut curaret eos ambos, quo-
 rum vno tempore sunt ora-
 tiones in conspectu Domini
 recitatæ, allel.

¶ Tobias, & Sara in tri-
 bulatione positi, cum lacry-
 mis orare ceperunt. Et
 missus.

LECTIO II.

ET vocantes eum, pater
 scilicet, & filius, tulerunt
 eum in patrem, & ro-
 gare ceperunt, ut dignaretur
 dimidiam partem omni-
 nium, quæ attulerant, accep-
 tam habere. Tunc dixit
 eis occultè: Benedicite
 Deum cæli, & coram omni-
 bus viuentibus confitemini
 ei, quia fecit vobiscum mi-
 sericordiam suam. Etenim
 sacramentum regis abscon-
 dere, bonum est: opera au-
 tem Dei reuelare, & confi-
 teri, honorificum est. Bona
 est oratio cum ieiunio, &
 elemosyna, magis quam
 thesauros auri recondere:
 quoniam elemosyna à mor-
 te liberat, & ipsa est, quæ
 purgat peccata, & facit in-
 uenire misericordiam, &
 vitam æternam. Qui autem
 faciunt peccatum, & iniqui-
 tatem,

tatem, honestes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem. Quando orabas cū lacrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum, & mortuos abscondebas per diem in domo tua, & nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, necesse fuit, vt tentatio probaret te.

℞. Egressus Tobias inuenit iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum, & salutauit eum, & dixit: * Vnde te habemus, bone iuuenis? allel.

ψ. Et ignorans, quod Domini Angelus esset, salutauit eum, & dixit. Vnde.

Lectio iij.

ET nunc misit me Dominus, vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à Demonio liberarem. Ego enim sum Raphael Angelus, vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Cūque hæc audissent, turbati sunt, & tremantes ceciderunt super terram in faciem suam. Dixitque eis Angelus; Pax vobis, nolite timere. Etenim sum essem vobiscum, per

voluntatem Dei eram; ipse sum benedicite, & cantate illi. Videbar quidem vobiscum manducare, & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtior. Tempus est ergo, vt reuertar ad eum, qui me misit; vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. Et cū hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatu est, & ultra eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deum, & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

℞. Ingressus Angelus ad Tobiam, salutauit eum, & dixit; gaudium sit tibi semper; * Forti animo esto, in proximo enim est, vt à Deo cureris, allel.

ψ. Et respondens Tobias, ait: quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Forti. Gloria Patri. Forti. *In secundo Nocturno, Ansiph.* Archangele Raphael, veni in adiutorium populo Dei, allel. *Psalms.* Cæli enarrant. Domini est terra. Benedicam Dominum, *vt in secundo Nocturno Sancti Michaelis Archangeli.*

ψ. Ascen?

✠. Ascendit fumus aromatum in conspectu Domini, allel.

✠. De manu Angeli, allel.
Sermo S. Augustini Episcopi

Lectio iv.

BEatus Tobias, qui patrem suum noverat frangere esurienti, mercedem celerem mercenario præparat laboranti, patienter lectione percepta, quæ nuper est recitata, admirabamur patris, filijque tractatum, quemadmodum Angelus monet, quæ æstimabât terrenum sub cælesti gloria mercenarium. Ad hoc enim cæcitatatis incurrit exitium, ut Angelum susciperet medicum, qui divinis facibus incensus, sic anhelaui. Honesta est oratio cum ieiunio, & elemosyna. Oratio iusti clavis est cæli; ascendit precatio, & descendit Dei miseratio. Licet alta sit terra, altum oxulum, audit tamen Deus hominis linguam, si mundam habet conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum; fletus citius audit, quàm voces. Oratio invidi solet de auribus propulsari. Erat Patris, & Filij anima una; dum esset proprietas membrorum, erat

illis singularis germanitas animorum. Fili, inquit, dimittamus istum hominem, adijcientes ad mercedem placitam, quia nobis multa opere suo contulit bona.

Et rogare cæpit mercenarium, ut mercedis suæ sumat effectum. Frater inquit, accipe quod tuum est, & tunc vade saluus. Recipe mercedem tuam, quia mihi, & filio meo bonam præbuisi misericordiam. Tolle, ut dixi, substantiam, quam cum filio meo reportasti: nam gratia, quàm tibi debemus, non potest ponderari.

✠. Interrogavit Tobias Angelum: de qua domo, aut de qua tribu es tu? qui respondens, ait: * Ego sum Azarias Ananix magni filius, allel.

✠. Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo erat? Sed ne fortè sollicitus sis. Ego sum Azarias.

Lectio v.

Continuò Angelus gaudet de cogitata mercede, qui missus fuerat gratis facere pietatem. Tobis, inquit, vel Tobias, quid de mea mercede satis superflue cogitatis? Habete, quod vobis donavit Pater ille

☉ celestis

cœlestis : Ego minister sum ret pedes suos, & ecce piscis
 curatoris, ille est author immanis exiuit ad deuoran-
 sanitatis. Nescitis, cuius dum eum, qui expauescens
 mercenarij ope perfrui me- clamauit voce magna, dicēs;
 ruisti; Defunctos captiuita- Domine inuadit me: & dixit
 tis sepeliri non timuisti; ei Angelus; apprehende
 Tobis, ascenderunt ad Do- brachium eius, & trahe eum
 minum opera tua, quia, ad te: Exentera hunc piscē,
 relicto prandio, reddidisti & cor eius, & fel, & iecur
 mortuum sepulturæ. Ego repone tibi, sunt enim neces-
 Domino medullata intuli saria ad medicamenta vtiliter,
 sacrificia pro venerabili se- ter, allel.

pultura. Ego directus sum ¶. Attraxit eum Tobias
 operarius fori cœlestis. piscem in siccum, & palpi-
 Mortuum sepelivisti, & mor- tare cœpit ante pedes eius,
 tis aculeum non timuisti. & ait Angelus ei. Exentera
 Ipse sepultus pro vobis voce hunc piscem.

Lectio vi.

Subitò patefacto mysterij
 cœlestis honore, voce
 Raphaelis Archangeli attoni-
 titi Tobis, & Tobias collapsi
 in terram proruerunt, vocem
 tremulam penitus occulta-
 uerunt, quia vocem insolitā
 audierunt. Quid meruistis,
 pater Tobis, filiusq; Tobias?
 mercenarium habere cœle-
 stem, & tāquam operarium
 locare terrestrem? celauit
 vobis Angelus nomen, Aza-
 rias sum, inquit, Ananiæ ma-
 gni filius, & cum dixit; Ego
 sum Raphael Angelus, cœla-
 uit in primo nomine digni-
 tatem, ne faceret locatori
 terrorem. Si enim diceret,
 Ego sum Angelus, non esset

&. Exiuit Tobias, vt laua-

Ego sum Angelus, non esset

Tobix mercenarius : seruata est dignitas nominis, vt postremo magnitudo claresceret dignitatis. Videte, charissimi, quantum meruit habere operarium. Videtis quantum proficit mortuos sepelire, vt oblatio eius per Angelum Raphaellem ad cælestem ascenderet maiestatem. Videtis, quia elemosyna à morte liberat, & ipsa purgat peccata, facit purgationem oculorum, liberat à tenebris peccatorum. Tobis via sua deducitur; Sara tot viris contristata, per Angelum matrimonio copulatur.

¶ Vbi introieris domum tuam, dixit Angelus Raphael ad Tobiam; statim adora Dominum Deum tuum, & gratias agens ei, accede ad patrem tuum, & osculare eum; * Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quem portas tecum, scias enim, quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cali, & in aspectu tuo gaudebit, allel.

¶ Tolle tecum ex felle isto piscis, erit enim necessarium. Statimque lini.

Gloria Patri. Statimque lini.

In iij. Nocturno, Antiph.

Angelus Archangelus Raphael Dei medicus pro animabus iustis, allel.

Psalm. Cantate. Dominus regnauit, exultet terra. Benedic anima mea Domino. 1. vt in tertio Nocturno Sancti Michaelis Archangeli.

¶ Apprehendit Angelus Raphael dæmonium, allel.

¶ Et relegauit illo in deserto superioris Ægypti, allel.

Lectio sancti Euangelij secundum Ioannem.

Lectio vij. Cap. i.

In illo tempore; Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam. Et reliqua.

Hom. S. Ioannis Chrysoptomi.

Cvin vellet Deus appropinquantis baptismatis fidem nos erudire, non solum peccata, sed morbos per aquam expulit, propriores enim veritati imagines, & in baptisate, & in passione, & in alijs certiores fuerunt, quam venustiores. Nam sicut regij familiares hastatis honoratioris sunt, ita, & propriores figuræ. Et descendens Angelus, motæ aquæ sanandi virtute largiebatur, vt intelligerent Iudæi longè maius Angelo-

rum Dominum omnia animę sed licet vniuersus mundus impedimenta sanare posse. Et quemadmodum huius aquę natura per se non sanabat, si quidem semper sanasset, sed dumtaxat cum ab Angelo mouebatur; ita, & in nobis non simplex aqua operatur, sed, cum Spiritus gratiam accipit, omnia abluuit peccata.

R. Benedicite Deum cęli, dixit Angelus Raphael, & coram omnibus viuentibus confitemini ei; * Quia fecit vobiscum misericordiam suam, allel.

ŷ. Ipsum benedicite, & cantate illi, & narrate omnia mirabilia eius. Quia fecit vobiscum.

Lectio viij.

IVXta hanc piscinam iacebat multitudo languentium, cęcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquę motum. Verum tunc infirmitas corporis sanari volentem impediēbat, nunc vnusquisq; potestatem habet accedendi. Non enim Angelus aquam mouet, sed Angelorum Dominus totam perficit; non habet excusationis locum infirmus, non habere se hominem, qui sibi opituletur, neque, dum venit, alium descendere, allel.

accedebat, non consumitur gratia, neque virtus deficit, sed eadem semper permanet; vt enim solares radij singulis diebus illuminant, neque ex nimia copia vis eorum minuitur, ita, imò longè minus, spiritus operatio ob accipientium multitudinem, remittitur. Hoc autem factum est, vt qui in aqua corporis morbos sanari posse didicissent, in eo aliquādū exerciti animę morbos per aquam curari posse facilius crederent.

R. Tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit, dixit Angelus Raphael, * Vos autem benedicite Dominum, & narrate omnia mirabilia eius, allel.

ŷ. Confitemini ei coram omnibus viuentibus, quia fecit vobiscum misericordiã suam. Vos autem benedicite. Gloria Patr. Vos autem.

Nona Lectio legitur de Homilia Dominica tertia post pascha, & de ea fit commemor. in laudibus.

AD LAVDES.

& per Horas, Antiph.

Missus est Angelus Raphael ad Tobiam, & Saram, vt curaret eos, allel.

Psalm. Dominus regnavit.
cum reliq. de laudibus Domi-
nica.

Antiph. Ingressus Angelus
ad Tobiam, salutavit eum,
& dixit: Gaudium sit tibi
semper, allel.

Antiphon. Forti animo esto
Tobias, in proximo enim est,
vt à Deo cureris, allel.

Antiph. Benedicite Deum
cæli, & coram omnibus vi-
uentibus confitemini illi,
quia fecit vobiscum miseri-
cordiam suam, allel.

Antiph. Pax vobis, nolite
timere, Deum benedicite, &
cantate illi, allel.

Capitulum.

Quando orabas cum la-
crymis, & sepeliebas
mortuos, & dereliquebas
prandium tuum, & mortuos
abscondebas per diem in do-
mo tua, & nocte sepeliebas
eos, ego obtuli orationem
tuam Domino.

Hymnus.

Christe sanctorum decus
Angelorum.

ReCTOR humani generis,
& auctor,

Nobis sacratum tribue
benignus.

Scandere cælum.

Angelum nobis medicum sa-
lutis.

Mitte de cœlis Raphael

vt omnes

Sanct ægrotos, patiterque
nostros

Dirigat actus.

Hinc Dei nostri genitrix
Maria,

Totus & nobis Chorus
Angelorum

Semper assistat, simul, &
beata

Concio tota.

Præstet hoc nobis Deitas
beata

Patris, ac nati, pariterque
Sancti

Spiritus, cuius resonat in
omni

Gloria mundo.

Amen.

ψ. In conspectu Angelo-
rum psallā tibi, Deus meus,
allel.

℞. Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo, allel.

Ad Benedicētes, Antiph.

Ego sum Raphael Angelus,
qui asto ante Dominum; vos
autem benedicite Deum, &
narrate omnia mirabilia
eius, allel.

ORATIO.

Deus, qui beatum Ra-
phaelem Archangelū:
Tobix famulo tuo comitem
dedisti in via; concede no-
bis famulis tuis, vt eiusdem
semper protegāmur cust.

dia, & muniamur auxilio.

Per Dominum.

Ad Tertiam, Antiph.

Ingressus Angelus.

Capitulum.

Quando orabas cū lacrymis,
ut supr. & Bre. Stetit Ange-

lus iuxta aram templi; * Al-

lel. allel. Stetit Angelus.

ψ. Habens thuribulum au-

reum in manu sua. Alleluia,

allel.

Glor. Patr. Stetit Angelus.

ψ. Ascendit fumus aroma-

tum in conspectu Domini.

alleluia.

& De manu Angeli, allel.

Ad Sextam, Antiphon.

Forti Animo. *Capitulum.*

ET nunc misit me Domi-
nus, ut curarem te, &
Saram uxorem filij tui à De-
monio liberarem: Ego enim
sum Raphael Angelus, vnus
ex septem, qui astamus ante
Dominum.

& Breue. Ascendit fumus
aromatatum in conspectu Do-
mini: * Allel. allel. Ascendit.

ψ. De manu Angeli, allel.
allel. Glor. Patri. Ascendit
fumus.

ψ. In conspectu Angelorū
psalam tibi, Deus meus,
alleluia.

& Adorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo, allel.

Ad Nonam, Antiph.

Pax vobis. *Capitulum.*

Tempus est, ut reuertat
ad eum, qui me
misit; vos autem benedicite
Deum, & narrate omnia mi-
rabilia eius.

& Br. In conspectu Ange-
lorum psallam tibi Deus
meus, * Allel. allel. In con-
spectu.

ψ. Addorabo ad templum
sanctum tuum, & confitebor
nomini tuo. Allel. allel.

Gloria. In conspectu.

ψ. Adorate Deum, allel.

& Omnes Angeli eius, allel.

In secundis Vesperis, Antiph.

Misus est Angelus, cum reli-
quis *Antiphonis de Laudibus,*

Psalmus. Dixit Dominus.

cum reliquis de Dominica, &

loco ultimi, Psalm. Confite-

bor tibi, Domine in toto

corde meo; quoniam audisti,

qui habetur in Vesperis Feria

vi. in Psalterio.

Capitulum, Hymnus, & ψ.
ut in primis Vesperis.

Ad Magnificat, Antiph.

Princeps gloriosissime Ra-

phael Archangele, esto me-

mor nostri; hic, & vbique

semper precare pro nobis

Filium Dei, allel. allel.

Oratio.

Deus, qui beatum Raphael-
lem. *ut supr.*

DIE XII. IULII.

In festo ss. Martyrum Herma-
gora, & Fortunati.

Cuius Festum celebratur
Venetijs, ac in Diecesi Aquileiensi.

Duplex maius.

Quorū festū celebratur Venetijs, & Tridēti Omnia de Cēni plurimorum Martyrum prater Orationem.

Omnia de Communi Virginum prater ea, qua hic sequuntur.

In primis Vesperis, ad Magnificat, Antiph.

In utrisque Vesperis, & Laudibus, Antiph. Prudentes virgines aptate vestras lampades: ecce sponsus venit exite obuiam ei.

Sancti Hermagora, & Fortunata Martyres Christi, supplices vos deprecamur intercedite pro nobis, vt vobiscum mereamur esse in cœlis.

γ. Adducentur Regi virgines post eam.

ξ. Proximæ eius afferentur tibi.

Oratio.

ORATIO.

Intervenientibus Domine Sanctis Martyribus tuis Hermagora, & Fortunato, Ecclesiæ tuæ quæsumus preces placatus admitte, vt destructis aduersitatibus, & erroribus vniversis securæ tibi seruiat libertate. Per Dominum nostrum.

DA nobis misericors Deus Sanctis Virginitibus, & martyribus tuis Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma intercedentibus cœlestis gratiæ abundantiam, vt earum passio celebrata, præsentis vitæ subsidium conferat, & æternæ. Per Dominum nostrum.

In primo Nocturno.

Lectiones primi Nocturni.

Leç. Fratres debitores. In ij. ac iij. ex ij. loco.

Script. occur.

In secundo Nocturno.

Ad Benedictus, Antiph.

Leç. iv.

Media nocte Beatus Hermagora baptizauit Gregorium cum tota domo sua.

Evphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma Virgines Aquileienses nobiliter progenitæ, quarum proores Valentij filiæ hominis Idolatriæ addicti, sequentes verò Valentiniani eiusdem fratris, Christi no-

DIE III. SEPTEMBRIS.
In festo Sanctarum Virginum, & Martyrum Euphemia, Dorothea, Thecla, & Erasma.

Semiduplex.

men profitentis, cuius studio omnes in Christiana fide erudiebantur. Quadam verò die cum suppliciter efflagitarent, vt Natifi fluminis lustralibus vndis, Baptismatis desiderio, abluerentur, ac tandiu constitit, donec eadem hora adueniente Valentiniano, ac Beato Hermacora Episcopo; continuò baptizantur, & Virgines Deo consecrantur. Cum interim Valentius Euphemiam, & Dorotheam nubendas destinasset: respuunt illæ terrenas nuptias, cœlesti sponso dicatæ. His genitor auditis, insaniens, arrepto gladio, vtramque aggreditur; at illæ furentis Patris è manibus elapsæ, ad Valentinianum Patrum, confugiunt, quas ipse cum filiabus in suæ domus latebris abdidit. Verum fraude serui detectæ, qui statim à Dæmone arreptus in Natifum fluuium se præcipitem dedit; ab ipso Valentinio insequente, orantes deprehensæ, Seruasto præsidio pro Christiano nomine puniendæ traduntur.

ꝫ. Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiã.* Et deducet te mirabiliter dextera tua.

ꝫ. Specie tua, & pulchri-

tudine tua, intende prospere procede, & regna. Et deducet.

Leſſio v.

DELATAS sibi Virgines Præses, vt eas vidit blanditijs Apostasiam attrahere non potuisse, imperat primùm nudas flagellis cædi, inuerto mox corpore suspendi, & malleis capita eousque contundi, quo sanguis è naribus copiosè difflueret, sed omnibus cruciatibus fortiores, carceri mancipandas deseruit. Sequenti mane, quia à vulneribus incolumes cernebantur, hortatur Seruastus pro accepto beneficio Dijs litare, quorum pietate salutem debere suadebat; at illæ solum Iesum Dei filium cœlestem medicum confitentur, & prædicant. Iubet interea Præses easdem equuleo suspendi, latera lampadibus aduri, ac tandem mammillas crudeliter amputari, quæ canibus deuorandæ proiectæ, singulari ab ipsis custodia venerantur. Iterum igitur carceribus occluduntur, & altera die nudæ circumducuntur per Urbem, sed orante sancta Euphemia, Angelus Domini singulas candida stola superinduit; ac pristinæ incolu-

mita.

mitati restituit, quin & nouū autem noctū Valentinianus contulit decorem, cū in cum Sancto Hermacora Beatarum corporibus, nec plagarum vestigia appaerent, & vultus earum Solis instar enitecerent.

ꝛ. Dilexisti iustitiam; & odisti iniquitatem: * Propterea vixit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ.

ꝥ. Propter veritatem, & iustitiam. Propterea vixit te Deus.

Lectio vi.

TAntis prodigijs, Virginumque constantia nil commotus Præses, vt audiuit irridentes inania Deorū simulacra, capite plectendas mandauit, quam impiam sententiam in filias, & nepres, Valentinus ipse sese obtulit exequuturum. Adijt ergo Altissimam Turrim, vbi filias eximie pulchritudinis antea acto tempore aliquandiu custodierat, ibique proprijs manibus omnium capita obtruncauit, & inter præterfluentem Natifum deiecit: Diuinam tamen vltionem immanis adeo facinoris, vindicem sensit, ingenti illicò terræ motu Turri concussa, igneque cœlitus obruente, qui Valentinum, eiusque comites, & Turrim ipsam à fundamentis incendit. Cū

autem noctū Valentinianus cum Sancto Hermacora Beatarum Virginum corpora, & capita inquisiturus descenderet propè flumen, ecce Nauicula apparuit sacris pigmentibus omusta, quæ à duobus Iuuenibus ingentis speciei, & luminis, Nauem ducentibus, sancto Antistiti oblata, ab eo honorifico sepulchro, religioso Cleri comitatu, domi eiusdem Valentiniani in Ecclesiam consecratæ, condita sunt.

ꝛ. Afferentur Regi virgines post eam, proximę eius: * Afferentur tibi in lætitia, & exultatione.

ꝥ. Specie tua, & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna. Afferentur tibi. Glor. Patri. Afferentur tibi.

In tertio Molturmo.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio viij. Cap. 19.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisei tentantes eum, & dicentes: Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa? Et reliqua.

Hom. sancti Iouanis Chrysoptomi.

Homil. 63. in Mattheo sub med. Dominus

Dominus noster, quia ad Gratias igitur nunc Deo
virginitatem hortari agas, quod cum mercede
graue esse videbatur, à ne- atque coronis idem sustines,
cessitate legis de non soluē- quod illi sine coronis ac
do matrimonio, eos ad cupi- premio tolerant: immò verò
ditatem illius trahere stu- non idem, sed multò leuius;
det. Deinde vt eam esse tum quia spe erigeris, &
possibilem ostendat, sic in- conscientia rectè facti; tum
quit: Supt eunuchi, qui ex quia non ita ingentibus con-
ventre matris i ta nati sunt; cupiscentiæ fluctibus iacta-
& sunt qui ab hominibus ris.
eunuchi facti sunt, & sunt *℞.* Media nocte clamor
qui seipfos castrauerūt pro- factus est; * Ecce sponsus
pter regnum cęlorum. Qui- venit, exite obuiam ei.
bus verbis latenter eos ad *℥.* Prudentes virgines a-
eligendam virginitatem in- ptate vestras lampades. Ec-
ducit, dum eam virtutem ce. Glor. Patr. Ecce.
esse possibilem astruit.

℞. Hęc est virgo sapiens, quam Dominus vigilantem inuenit, quę acceptis lampadibus, sumpsit secum oleum: * Et venientem Domino, introiuit cum eo ad nuptias.

℥. Media nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Et veniente.

Lectio viij.

ID autem hoc ferè modo confirmat. Cogita tecum si aut à natura talis esses, aut ab hominibus eam iniuriam passus, quid faceres, & eiusmodi voluptate careres; & nullam carendo mercedem consequeris

Cum ergo de illis eunuchis dixerit, qui nisi etiam ipsi mente se continent, frustra & inutiliter tales sunt, ac de illis, qui vt regnum cęlorum consequantur, se continent, subiunxit, se continent, subiunxit, rursus, ac dicens; Qui potest capere, capiat; vt alacriores efficiat eo ipso, quod graue esse opus ostendit, & ineffabili benignitate sua noluit eam rem intra necessitatem legis concludere; idque difficutè, adhuc magis possibilem esse demonstrat, vt voluntatis studium plus au- geatur.

Te Deum laudamus.

FERIA SESTA. Domini, cui reuelatum est?
Post Dominicam Passionis. Et ascendet sicut virgultum
Officium de Septem Doloribus coram eo, & sicut radix de
Beata Maria Virginis. terra sitienti.

Duplex maius.

Hymnus.

*Pro illis locis ubi ex indu-
 to Apostolico celebratur.*

Ad Vesperas. Antiphona.

VADAM ad montem
 Myrrhæ, & ad collem
 thuris. *Psalms.* Credidi,
 propter quod. cum reliquis,
ut in Vesperis Feria v. in Cena
Domini.

Antiphona. Dilectus meus
 candidus, & rubicundus,
 coma capitis eius sicut pur-
 pura Regis vineta canali-
 bus.

Psalms. Ad Dominum cum
 tribularer.

Antiphona. Quò abijt dile-
 ctus tuus, ò pulcherrima
 mulierum? quò dilectus tuus
 declinauit?

Psalms. Eripe me Dñe.

Antiphon. Fasciculus myr-
 rhæ dilectus meus mihi, in-
 ter vbera mea cõmorabitur.

Psalms. Domine clamaui
 ad te.

Antiph. Fulcite me flori-
 bus, stipate me malis, quia
 amore languero. *Psalms.* Voce
 mea ad Dominum clamaui.

Capitulum. *Is. 53. 4*

Quis credidit auditui
 nostro? & brachium

Stabat Mater dolorosa,
 Iuxta Crucem lacrymosa,
 Dum pendeat filius.

Cuius animam gementem,
 Contristantem, & dolentem,
 Petransiuit gladius.

O quam tristis, & afflicta
 Fuit illa benedicta
 Mater vnigeniti.

Quæ inuerebat, & dolebat,
 Pia Mater dum videbat,
 Nati pænas inclyti.

Quis est homo, qui nõ fleret,
 Matrem Christi si videret
 In tanto supplicio?

Quis non posset contristari,
 Matrem Christi cõtèplari,
 Dolentem cum Filio?

Pro peccatis suæ gentis,
 Vidit Iesum in tormentis,
 Et flagellis subditum.

Vidit suum dulcem natum,
 Moriendo desolatam,
 Dum emisit spiritum.

Eia Mater fons amoris,
 Me sentite vim doloris,
 Fac vt tecum luceam.

Fac vt ardeat cor meum
 In amando Christum Deum,
 Vt sibi complacëa. Amë.

¶ Ora pro nobis Virgo
 dolorosissima.
 ✠. Vt digni efficiamur
 pro:

promissionibus Christi.
Ad Magnificat, Antiphon.
 Tuam ipsius animam (ait ad
 Mariam. Simeon) pertran-
 sivit gladius.

ORATIO.

DEus, in cuius passione,
 secundum Simeonis
 prophetiam, dulcissimam
 animam gloriosę Virginis, &
 matris Marię doloris gla-
 dius pertransiuit: concede
 propitius, vt qui transfixio-
 nem eius, & passionem vene-
 rando recolimus, gloriosis
 meritis, & precibus omnium
 Sanctorum Cruci fideliter
 assistantium intercedentibus,
 passionis tuę effectum feli-
 cem consequamur. Qui vi-
 uis, &c.

*Deinde fit commemor. Feria
 occurrentis.*

Antiph. Desiderio deside-
 rari hoc Pascha manducare
 vobiscum, autequam patiar.
 y. Eripe me Domine ab ho-
 mine malo.

z. A viro iniquo eripe me.

Oratio.

ESTO, quę sumus Domine;
 propitius plebi tuę: vt
 quę tibi non placent, res-
 puentes: tuorum potius re-
 pleatur delectationibus mę-
 datorum. Per Dominum.

*Ad Matutinum, Inuitato-
 rum.*

Dolores gloriosę recolentes
 Virginis: Dominum pro no-
 bis passum: * Venite, adore-
 mus.

Psalms. Venite, exultemus,
Hymnus.

SANCTA Mater istud agas,
 Crucifixi: fuge plagas,
 Cordi meo valide.
 Tui nati vulnerati,
 Tam dignati pro me pati,
 Pœnas mecum diuide.
 Fac me tecum pię flere,
 Crucifixio condolere,
 Donec ego vixero.
 Iuxta Crucem tecum stare,
 Et me tibi sociare,
 In planctu desidero.
 Amen.

In primo Noſt. Antiph.

Astiterunt reges terrę, &
 & principes conuenerunt in
 vnum, aduersus Dominum,
 & aduersus Christum eius.

Psalms 2.

QVARE fremuerunt Gen-
 tes, * & populi medi-
 tati sunt inania?

Astiterunt reges terrę, &
 principes conuenerunt in
 vnum, * aduersus Dominum,
 & aduersus Christum eius.

Dirumpamus vincula eo-
 rum: * & proiciamus à no-
 bis iugum ipsorum.

Qui habitat in cęlis irri-
 debit eos: * & Dominus sub-
 sannabit eos.

Tunc

Tunc loquetur ad eos in ira sua, * & in furore suo conturbabit eos.

Ego autem constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, * predicans preceptum eius.

Dominus dixit ad me; Filius meus es tu * ego hodie genui te.

Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam terminos terrae.

Reges eos in virga ferrea, * & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite, * erudimini qui iudicatis terram.

Servite Domino in timore, * & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, * & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira eius, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiph. Astiterunt reges terrae, & principes conveniunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum eius. *Añā.* Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Psalms 3.

Domine, quid multiplicati sunt, qui tribulant

me; * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animae meae; * Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem Domine susceptor meus es, * gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad Dominum clamaui; * & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum; & exurrexi, * quia Dominus suscepit me.

Non timebo millia populi circumdantis me; * exurge Domine, saluum me fac Deus meus.

Quoniam tu percussisti omnes adversantes mihi sine causa; * dentes peccatorum contrivisti.

Domini est salus; * & super populum tuum benedictio tua.

Antiph. Voce mea ad Dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Antiphona. Factum est cor meum tanquam cera liquefscens in medio ventris mei.

Psalms 12.

VSQUEQVO Domine obtinueris me in finem? Vsq̄ quod aueris faciem tuam a me.

Quamdiu ponam consilia

in

in anima mea, * dolorem in corde meo per diem: Viquequod exaltabitur inimicus meus super me? * respice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte: * ne quando dicat inimicus meus: Præualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero: * ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meum in salutarum tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: * & psallam nomini Domini altissimi.

Antiphona. Factum est cor meum tanquam cera liquefcens in medio ventris mei.
ψ. Posuit me desolatam.

℞. Tota die merore confectam. Pater noster.

Absolutio. Exaudi Domine, ψ. lube domne benedicere.

Benedictio. Benedictione perpetua. De Isaiâ Prophe- ta.

Lectio I. Cap. 53.

QUIS credidit auditui nostro? & brachium Domini, cui reuelatum est? Et ascendet: sicut virgultum coram eo, & sicut radix de terra sitiētī. Non est species

ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum; despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum; & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit; & nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum.

Ipsè autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra; disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus.

℞. Dilectus meus candidus, & rubicundus, & totus desiderabilis, * Omnis enim figura eius amorem spirat, & ad redamandum, prouocat caput inclinatum, manus expansæ, pectus apertum.

ψ. Pijs, ò Virgo, spectas eum oculis, contemplans in eo non tam vulnerum liuorem, quam mundi salutem, Omnis enim.

Benedictio. Vnigenitus Dei Filius,

Lectio ij.

OMNES nos quasi oues errauimus, vnusquisq; in viam suam declinauit; & posuit

posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est, quia ipse voluit & non aperuit os suum; ipse portabit. Ideo dispersit sicut quis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet & non aperiet os suum. De angustia, & de iudicio subliatus est; generationem eius quis enarrabit, quia abscissus est de terra viuentium; Propter scelus populi mei percussus est. Et dabit impios pro sepultura, & diuitem pro morte sua; eo quod iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore eius.

ꝫ. Manus eius tornatiles, clauorum cuspede terebratae; * Humanæ salutis pretio quasi hyacinthis refertæ.

ψ. Cornua in manibus eius; ibi abscondita est fortitudo eius; sunt enim manus eius. Humanæ salutis.

Benedictio. Spiritus sancti gratia.

Lectio ij.

ET Dominus voluit conterere eum in infirmitate: si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbitur, & satura,

in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideo dispersam ei plurimos, & fortium dimidet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam, & cum sceleratis reputatus est; ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit.

ꝫ. Diligebat Iesus Ioannem; * Quia specialis prærogatiua castitatis ampliori dilectione eum fecerat dignum, quia virgo electus ab ipso, virgo in eum permansit.

ψ. In Cruce denique moriturus, huic matrem virginæ virgini commendauit. Quia specialis. Gloria Patr. Quia. *In secundo Noctur. Anuiphon.* Inimici mei dixerunt mala mihi; Quando morietur, & peribit nomen eius?

Psalmus 40.

BEatus, qui intelligit super egenum, & pauperem; * in die mala liberauit eum Dominus.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum; & beatum faciat eum in terra; * & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius; * **yniuersum**

vnuerſum ſtratum eius ver-
ſaſti in infirmitate eius.

Ego dixi Domine miſere-
re mei: * ſana animam meam,
quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt ma-
la mihi: * Quando morietur,
& peribit nomen eius?

Et ſi ingrediebatur vt vi-
deret, vana loquebatur, * cor
eius congregauit iniquita-
tem ſibi.

Egrediebatur foras, * & lo-
quebatur in idipſum.

Aduerſum me ſufurrabant
omnes inimici mei: * aduer-
ſum me cogitabant mala
mihi.

Verbum iniquum conſti-
tuerunt aduerſum me: *
Numquid qui dormit non
adijciat vt reſurgat?

Etenim homo pacis meae,
in quo ſperauit: * qui eſebat
panes meos, magnificauit
ſuper me ſupplantationem.

Tu autem Domine miſere-
re mei, & reſuscita me; * &
retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniam
voluſti me; * quoniam non
gaudebit inimicus meus ſu-
per me.

Me autem propter inno-
centiam ſuſcepſi; * & con-
firmatiſti me in conſpectu tuo
in æternum;

Benedictus Dominus Deus

Israel à ſæculo, & vſque in
ſæculum; * fiat, fiat.

Antiph. Inimici mei dixe-
runt mala mihi; Quando
morietur, & peribit nomen

eius? *Antiph.* Deus vitam
meam annunciaui tibi; po-
ſuiſti lacrymas meas in con-
ſpectu tuo.

Psalmus 55.

Miſerere mei Deus, quo-
niam conculcauit me
homo; * tota die impugnans
tribulauit me.

Conculcauerunt me ini-
mici mei tota die; * quoniam
multi bellantes aduerſum
me.

Ab altitudine diei time-
bo; * ego verò in te ſperabo.

In Deo laudabo ſermones
meos, in Deo ſperauit; * non
timebo quid faciat mihi
caro.

Tota die verba mea exe-
crabantur; * aduerſum me
omnes cogitationes eorum
in malum.

Inhabitabunt, & abſcon-
dent; * ipſi calcaneum meum
obſeruabunt,

Sicut ſuſtinuerunt animã
meam, pro nihilo ſaluos
facies illos; * in ira populos
confringes.

Deus, vitam meam an-
nunciaui tibi; * poſuiſti lacry-
mas meas in conſpectu tuo.

Sicut

Sicut & in promissionibus meis; * dedit in opprobrium
tua: * tunc conuertentur ini- conculcantes me.

In quacumque die inuo- Misit Deus misericordiam
cauero te: * ecce cognoui, suam, & veritatem suam, *
quoniam Deus meus es. & eripuit animam meam de
medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.

In Deo laudabo verbum, Filij hominum dentes eorum
in Domino laudabo sermo- rum arma, & sagittæ: * &
nem: * in Deo speraui, non lingua eorum gladius acutus.
timebo quid faciat mihi
homo. Exaltare super cælos

In me sunt Deus vota tua: * Deus: * & in omnem terram
quæ reddam, laudationes gloria tua.
tibi.

Quoniam eripuisti animam Laqueum parauerunt pe-
meam de morte, & pedes dibus meis: * & incuruaue-
meos de lapsu: * vt placeam runt animam meam.
coram Deo in lumine viuenti- Foderunt ante faciem meam
um. foueam: * & inciderunt in
eam.

Antiph. Deus vitam meam Paratum cor meum Deus,
annunciaui tibi, posuisti la- paratum cor meum: * canta-
crymas meas in conspectu bo, & psalmum dicam.

Antiph. Filij hominum den- Exurge gloria mea, exur-
tes eorum arma, & sagittæ, ge psalterium, & cithara, *
& lingua eorum gladius exurgam diluculo.

acutus. Confitebor tibi in populis
Domine, * & psalmum dicam
tibi in gentibus.

Psalms 56.

Miserere mei Deus, mi- Quoniam magnificata est
serere mei: * quonia vsque ad cælos misericordia
in te confidit anima mea. tua, * & vsque ad nubes ve-
ritas tua.

Et in umbra alarum tuarum Exaltare super cælos
speraui, * donec transeat Deus, * & super omnem ter-
iniquitas. ram gloria tua.

Clamabo ad Deum altis- *Antiphona.* Filij hominum
simum: * Deum, qui benefe- dentes eorum arma, & sa-
gitæ, & lingua eorum
git mihi. gladius

Misit de cælo, & liberauit

H

gladius

gladius acutus.

¶ Facies mea intumuit à fletu.

℞. Et palpebræ meæ caligauerunt.

Pater noster.

Absolutio. Ipsius pietas.

¶. Iube domne benedicere.

Benedictio. Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis.

Ex Serm. 12. de Stellis.

Lectio iv.

Martyrium Virginis tam in Simeonis prophetia, quam in ipsa Dominicæ Passionis historia commendatur. Positus est hic (ait sanctus senex de puero Iesu) in signum, cui contradiceatur, & tuam ipsius animam (ad Mariam autem dicebat) pertransibit gladius. Verè tuam, o beata mater, animam pertransiuit. Alioquin non nisi eam pertransiens, carnem filij tui penetraret; Et quidem posteaquam emisit spiritum tuus ille Iesus, ipsius planè non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuam utriusque animam pertransiuit; ipsius nimirum anima iam ibi non erat, sed tua planè inde nequibat auelli.

℞. Tenebræ factæ sunt cum crucifixissent Iesum Iudæi, & circa horam nonam exclamauit Iesus voce magna; Deus meus, ut quid dereliquisti me? * Et inclinato capite emisit spiritum.

¶. Quis tibi nunc sensus, dum cernis talia, Virgo? Et inclinato capite.

Benedictio. Christus perpetuus.

Lectio v.

Tvam ergo pertransiuit animam vis doloris, ut plusquam Martyrem non immeritò prædicemus; in qua nimirum corporeæ sensum passionis excesserit compassionis affectus. An non tibi plusquam gladius fuit sermo ille, reuera pertransiens animam, & pertingens vsque ad diuisionem animæ, & spiritus; Mulier ecce filius tuus. O commutationem! Ioannes tibi pro Iesu traditur, seruus pro Domino, discipulus pro Magistro, filius Zebedæi pro Filio Dei, homo purus pro Deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindit?

℞. Passio Domini, * Ipsam eius matrem carnali orbita-

te grauitè percussit, vehemētissimè contristauit.

ψ. Ferrum lanceæ militaris, latusquidem Saluatoris, animam verò transiuit Virginis matris. Ipsa eiusmatrē

Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vi.

NON miremini, fratres, quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Mireretur qui non meminerit se audiuisse Paulum inter maxima gentium crimina memorantem, quod sine affectione fuissent, Longè id fuit à Mariæ visceribus, longè sit à seruis suis. Sed fortè quis dicat, Numquid non cum præscierat moriturum? Et indubitanter.

Numquid non sperabat conuinuò resurrecturum? Et fideliter, Super hæc doluit crucifixum? Et vehementer. Alioquin quisnam tu frater, aut vnde tibi hæc sapientia, vt mireris [plus Mariam cōpatientem, quam Mariæ filiū patientem? Ille etiam mori corpore potuit, ista commo-ri corde non potuit? Fecit illud charitas, qua maiorem nemo habuit; fecit & hoc charitas, cui post illam similis altera non fuit.

℞. Quis mihi det te fratrem meum fugentem, vbera

matris meæ, & inhærendo lateri tuo, vt sanguis tuus sanguinem meum tangat, & tergat; * Vt fons aquæ tuæ de scaturigine recti cordis, per venas boni operis, in finem æternæ felicitatis exiliat.

ψ. Filij tui de longè venient, & filia tuæ de latere surgent. Vt fons aquæ tuæ de scaturigine. Glor. Patri. Vt fons aquæ tuæ.

In tertio Noctur. Antiph.

Intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.

Psalmus 61.

EXaudi Deus orationem meam, cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conuentu malignantium; a multitudine operantium iniquitatem.

Quia exaceruerunt ve gladium linguas suas; intenderunt arcum rem amaram, * vt sagittent in occultis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt; * firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt vt absconderent laqueos, * dixerunt, Quis videbit eos.

Scrutati sunt iniquitates,

H 2

dele-

detecerunt scrutantes scruto-
rimo.

Accedet homo ad cor al-
tum, * & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorum factæ
sunt plagæ eorum, * & infir-
matæ sunt contra eos lingue
eorum.

Conturbati sunt omnes,
qui videbant eos, * & timuit
omnis homo.

Et annunciauerunt opera
Dei, & facta eius intellexe-
runt.

Exaltabitur iustus in Do-
mino, & sperabit in eo, * &
laudabuntur omnes recti
corde.

Antiphon. Intenderunt ar-
cum rem amarâ, vt sagittent
in oculis immaculatum.

Antiphon. Factus sum sicut
homo sine adiutorio, inter
mortuos liber.

Psal. 87.

Domine Deus salutis
meæ, * in die clamaui
& nocte coram te.

Intret in conspectu tuo
oratio mea, * inclina aurem
tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis ani-
ma mea, * & vita mea infer-
no appropinquauit.

Estimatus sum cum de-
scendentibus in lacum, * fa-
ctus sum sicut homo sine
adiutorio inter mortuos
liber.

Sicut vulnerati dormien-
tes in sepulchris, quorum
non es memor amplius, *
& ipsi de manu tua repulsi
sunt.

Posuerunt me in lacu in-
feriori, * in tenebrosis, & in
ymbra mortis.

Super me confirmatus est
furore tuus, * & omnes flu-
ctus tuos induxisti super me.

Longè fecisti notos meos
à me, * posuerunt me abo-
minationem sibi.

Traditus sum, & non egre-
diebar, * oculi mei langue-
runt præ inopia.

Clamaui ad te Domine
totâ die, * expandi ad te
manus meas.

Numquid mortuis facies
mirabilia, * aut medici susci-
tabunt, & confitebuntur tibi?

Numquid narrabit aliquis
in sepulchro misericordiam
tuam, * & veritatem tuam in
perditione?

Numquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua, *
& iustitia tua in terra obli-
uionis?

Et ego ad te Domine cla-
maui, * & mane oratio mea
perueniet te.

Vt quid Domine repellis
orationem meam, * auertis
faciem tuam a me.

Pauper sum ego, & in la-
poribus

boribus à iuuentute mea , * eius fiat in peccatum .

exaltatus autem , humiliatus sum , & conturbatus .

In me transferūt iræ tuæ , * & episcopatum eius acci-

& terrores tui conturbaue- runt me ,

Circumdēderunt me sicut aqua rota die , * circumde- derunt me simul .

Elongasti à me amicum , & proximum , * & notos meos à miseria .

Antiph. Factus sum sicut ho- mo sine adiutorio , inter mor- tuos liber .

Antiph. Repleuit me àmari- tudine , inebriauit me absyn- thio .

Psalmus 108.

DEus laudem meam ne tacueris , * quia os peccatoris , & os dolosi su- per me apertum est .

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa , & sermonibus odij circumdederunt me , * & expugnauerūt me gratis .

Pro eo vt me diligere , detrahebant mihi , * ego au- tem orabam .

Et posuerunt aduersum me mala pro bonis , * & odium pro dilectione mea .

Constitu super eum pec- catorem , * & diabolus stet à dextris eius .

Cum iudicatur , exeat condemnatus , * & oratio

Fiant dies eius pauci . * & episcopatum eius acci- piat alter .

Fiant filij eius orphani , * & vxor eius vidua .

Nutantes transferantur fi- lij eius , & mendicent , * & eijcantur de habitationibus suis .

Scrutetur fænerator om- nem substantiam eius , * & diripiat alieni labores eius .

Non sit illi adiutor , * nec sit qui misereatur pupillis eius .

Fiant nati eius in interi- tum , * in generatione vna , deleatur nomen eius .

In memoriam redeat ini- quitas patrum eius in conf- pectu Domini , * & peccatū matris eius non deleatur .

Fiant contra Dominum , semper , & disperdat de ter- ra memoria eorum , * pro eo quod non est recordatus fa- cere misericordiam .

Et persecutus est homi- nem inopem , & mendicum , * & compunctum corde mor- tificare .

Et dilexit maledictionem & eueniet ei , * & noluit be- nedictionem , & elongabitur ab eo .

Et induit maledictionem sicut vestimentum , * & in-

trauit sicut aqua in interiora mihi, pudore, * & operiantur eius, & sicut oleum in ossibus eius, sicut diploide confusione sua.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur, * & sicut zona, in ore meo, * & in medio qua semper præcingitur. multorum laudabo eum.

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum: * & qui loquuntur mala aduersus animam meam. Quia astitit à dextris pauperis, * vt saluam faceret à persecutibus animam meam.

Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum, * quia suavis est misericordia tua. *Antiphon.* Repleuit me amaritudine, inebriauit me absinthio.

Libera me, quia egenus, & pauper ego sum, * & cor meum conturbatum est intra me. *ψ.* Deus vitam meam annunciaui tibi. *℞.* Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Sicut umbra cum declinat, ablati sum, * & excussus sum sicut locustæ. *Pater noster.* *Absolutio.* A vinculis. *ψ.* Iube domne benedicere *Benedictio.* Euangelica lectio.

Genua mea infirmata sunt à ieiunio, * & caro mea immutata est propter oleum. *Lectio Sancti Euangelij secundum Ioannem.* *Lectio viij. Cap. 19.*

Et ego factus sum opprobrium illis, * viderunt me, & mouerunt capita sua. **I**n illo tempore: Stabant iuxta Crucem Iesu mater eius, & soror matris eius.

Adiuua me Domine Deus meus, * saluum me fac secundum misericordiam tuam. Maria Cleophae, & Maria Magdalene. Et reliqua.

Et sciant quia manus tua hæc, * & tu Domine fecisti eam. *Homilia Sancti Augustini Episcopi.*

Maledicentilli, & tu benedices, * qui insurgunt in me confundantur: * seruus autem tuus lætabitur. *Tract. 119. in Ioa.*

Induantur qui detrahunt, venit hora mea. Hanc itaque

HÆC nimirum est illa hora, de qua IESVS aquam conuersurus in vinum, dixerat matri: Quid mihi, & tibi est mulier? nondum

que horam prædixerat, quæ est infideli deterior. Quid tunc nondum venerat, in qua enim tam cuique domesti- deberet agnoscere moritu- cum, quam parentes filijs, rus, de qua fuerat mortali- aut parentibus filij? Huius ter natus. Tunc ergo diuina itaque saluberrimi præcepta facturus, non diuinitatis, ipse Magister Sanctorum de sed infirmitatis matrem ve- seipso constituere exem- lut incognitam repellere. plum, quando non ut famu- Nunc autem humana iam- læ Deus, quam creauerat, & patiens, ex qua fuerat factus regebat, sed ut matri homo, homo affectu commendabat de qua creatus fuerat, & humanum. Moralis igitur insi- quam relinquebat, & alterum nuatur locus. Facit quod fa- pro se quodammodo filium ciendum admonet, & exem- prouidebat.

β. Doleo super te fili mi Iesu, decore nimis, & amabili- & tecum lugeamus.* Et Do- Sic ut enim mater unicum, minicæ passionis fructum, filium, ita ego te diligebam.

γ. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Sicut enim mater.

Benedictio, Cuius festum colimus.

Letitio viij.

EX hac sana doctrina di- dicerat Paulus Apосто- lus, quod docebat quando dicebat: Si quis autem suis, & maxime domesticis non prouideret, fidem negauit, &

β. Eia mater fons amoris, fac nos sentire vim doloris, & tecum lugeamus.* Et Do- minicæ passionis fructum, sentiamus.

γ. Et sicut filius tuus Ie- sus pro nobis mortuus est, & resurrexit, ita & nos com- mortui cum eodem resurga- mus. Et Dominicæ. Glor. Patri. Et Dominicæ.

Nona Letitio de Feria oc- currense.

Benedictio. Per Euangelica dicta, deleantur nostra de- licta.

Letitio Sancti Euangelij se- cundum Ioannem.

Letitio I. Cap. II. f.

IN illo tempore: Colle- runt Pontifices, & Pha- risæi concilium aduersus Ie- sum, & dicebant: Quid faci- mus, quia hic homo mul-

ta signa facit? Et reliqua . declinauit?

Homilia Sancti Augustini
Episcopi .

Tract. 49. in Ioan. post finem.

Pontifices , & Pharisei
sibi consulebant , nec
tamen dicebant : Credamus .
Plus enim perditii homines
cogitabant quomodo nocerent ,
ut perderent , quam
quomodo sibi consulerent ,
ne perirent : & tamen timebant ,
& quasi consulebant .
Dicebant enim : Quid facimus ,
quia hic homo multa
signa facit? Si dimittimus
eum sic , omnes credent in
eum : & venient Romani , &
tollent nostrum locum , &
Gentem . Temporalia perdere
timuerant , & vitam
eternam non cogitauerunt :
ac sic vtrumque amiserunt .
Te Deum Laudamus .

AD LAUDES ,

et per Horas , Antiphona .

VADAM ad montem
myrrhæ , & ad collem
thuris .

Psalms. Dominus regnauit .
cum reliq. ut in Dominica .

Antiph. Dilectus meus candidus ,
& rubicundus , coma
capitis eius sicut purpura
Regis vincta canalibus .

Antiph. Quò abiit dilectus
tuus , o pulcherrima mulierum?
quò dilectus tuus

Antiph. Fasciculus myrrhæ
dilectus meus mihi , inter
vbera mea commorabitur .

Antiph. Fulcite me floribus ,
stipate me malis , quia
amore languedo .

Capitulum . Is. 33. a

QUIS credidit auditui
nostro? & brachium
Domini , cui reuelatum est?
Et ascendet sicut virgultum
coram eo , & sicut radix de
terra sicienti .

Hymnus.

Virgo virginum præclara ,
Mihî iam nõ sis amara ,
Fac me tecum plangere .
Fac ut portem Christi mortem ,
Passionis fac consortem ,
Et plagas recolare .
Fac me plagis vulnerari ,
Fac me Cruce inebriari .
Et cruore filij .

Flammis ne vras succensus ,
Per te Virgo sum defensus
In die Iudicij .

Christe , cum sit hinc exire ,
Da per matrem me venire ,
Ad palmam victoriæ .

Quando corpus morietur ,
Fac ut animæ donetur ,
Paradisi gloria .

Amen .

✠ Ora pro nobis Virgo
dolorosissima .

℞. Ut digni efficiamur
promissionibus Christi .

Ad

Ad Benedictus, Antiph.

ORATIO.

Cum vidisset Iesus matrem stantem iuxta Crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suæ: Mulier ecce filius tuus; deinde dicit discipulo: Ecce mater tua.

Cordibus nostris, quæ sumus Domine, gratiam tuam benignus infunde; ut peccata nostra castigatione voluntaria cohibentes, temporaliter potius maceremur, quàm supplicij deputemur æternis. Per Dominum.

ORATIO.

Deus, in cuius Passione, secundum Simeonis Prophetiam, dulcissimam animam gloriosæ Virginis, & matris Mariæ doloris gladius pertransiit: concede propitius, ut qui transfixionem eius, & passionem venerando recolimus, gloriosis meritis, & precibus omnium Sanctorum Cruci fideliter altantium intercedentibus, passionis tuæ effectum felicem consequamur. Qui vivis, & regnas, &c.

Commemoratio ferie.

Antiphona. Appropinquabat autem dies festus Iudeorum: & quærebant principes Sacerdotum quomodo Iesum interficerent, sed timebant plebem.

ψ. Eripe me de inimicis meis Deus meus.

℞. Et ab insurgentibus in me libera me.

Hymni Horarum terminantur per Versum.

Iesu, tibi sit gloria.

Ad Primam, Antiph.

Vadam ad montem.

℞. Breve. Christe Fili Dei

vivi.

ψ. Qui passus es pro homine.

mine.

Ad Tertiam, Antiphon.

Dilectus meus.

Capitulum. Quis credidit

℞. Breve. Posuit me, * Desolam.

Posuit me.

ψ. Tota die mœrore congestam Desolam.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Posuit me.

ψ. Facies mea intumuit &

fletu.

℞. Palpebræ meæ caligaverunt.

uerunt.

Ad Sextam, Antiph.

Quæ abiit. *Capitulum.*

Isaia 53. b

IPSE vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra.

nostra. Disciplina pacis nostrę super eum, & liuore eius sanati sumus.

R. Breue. Facies mea, * Intumuit à fletu. Facies mea.

ŷ. Et palpebrę meę caligauerunt. Intumuit à fletu.

Gloria Patr. Facies mea.

ŷ. Deus vitam meam annunciaui tibi.

R. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo.

Ad Nonam, Antiph.

Fulcite me floribus.

Capitulum. Isaia 53. c.

Generationem eius quis enarrabit? quia abscessus est de terra uiuentium; propter scelus populi mei percussus eum.

R. Bre. Deus vitam meã, * Annunciaui tibi. Deus vitam meam.

ŷ. Posuisti lacrymas meas in conspectu tuo. Annunciaui tibi.

Glo. Patr. Deus vitã meã.

ŷ. Ora pro nobis Virgo dolorosissima.

R. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

In secundis Vesperis, Antiph.

Vadam ad montem. *cũ reliq. de Laudibus, Psalmi, Capitulum, Hymnus, & ŷ. ut supr. in primis Vesperis.*

Ad Magnificat, Antiph.

Cũ vidisset Iesus matrem stantem iuxta Crucem, & discipulum quem diligebat, dicit matri suę: Mulier ecce filius tuus; Deinde dicit discipulo; Ecce mater tua.

Oratio.

Deus, in cuius passione. *supr. cum commem. feria.*

Antiphona. Principes Sacerdotum consilium fecerũt vt Iesum occiderent, dicebant autem; Non in die festo, ne fortę tumultus fieret in populo.

ŷ. Eripe me Domine ab homine malo.

R. A viro iniquo eripe me.

ORATIO.

Concede quęsumus omnipotens Deus; vt qui protectionis tuę gratiam quęrimus, liberati à malis omnibus, securo tibi mente seruiamus. Per Dominum.

F I N I S.

Die viij. Iulij.

IN F E S T O
S. M A R G A R I T A E
S C O T O R V M R E G I N A E .

Semiduplex ad libitum.

O R A T I O .

Deus, qui beatā Margari-
ritā Scotorum Regi-
nā eximia in pauperes Chā-
ritate mirabilem effecisti, da
vt eius intercessione & exē-
plo, tua in cordibus nostris
charitas iugiter augeatur.
Per Dominum.

*In primo Nocturno, Lect. de
Script. occur.*

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

MARGARITA Scoto-
rum Regina pater-
no Angliæ Regum, materno
Cæsarum sanguine clarissi-
ma, illustrior adhuc fuit chri-
stiana virtute. Hæc in Hun-
garia nata, vbi Pater tunc
temporis exulabat, post exa-
tam summā cum pietate
puerilem ætatem, vna cum
genitore, qui à sãcto Eduar-
do patruo Anglorum Rege,
ad paterni Regni fastigium
vocabatur, in Angliā venit.
Mox alternante Parentum
fortuna, ex Angliæ littore
soluēs, vi tempestatis expul-

sa, seu verius diuinę Proui-
dentię consilio deducta est
in oram maritimam Scotiæ.
Ibi cum ex Matris imperio
Malholmo tertio Scotorū
Regi, egregijs eius dotibus
capto nupsisset, sanctimonię
ac pietatis operibus triginta
quibus regnavit annis, toti
Regno mirificè profuit. &
Propter veritatem, & man-
suetudinem, & iustitiam: de
deducet te mirabiliter dex-
tera tua. ¶ Specie tua, &
pulchritudine tua, intende,
prosperè procede, & regna.
Et deducet. *Lectio v.*

Inter regales, delicias cor-
pus afflictationibus, ac vi-
gilijs macerans, magnam no-
ctis partē pijs precationibus
extrahebat. Præter alia ieiu-
nia, quæ identidem vsurpa-
bat, integros quadraginta
dies ante natalitia festa rãta
cum severitate ieiunare con-
suevit, vt ne in grauissimis
quidē doloribus intermisse-
rit. Diuino cultui additi-
ma, templa plurima, & Coe-
nobis

nobia partim ex integro ex-
citauit. partim resarciuit, &
sacra supellectili, ac largo
censu ditauit. Regem coniu-
gem ad meliorem frugem, &
ad similia suis exercitationi-
bus opera saluberrimo exē-
plo traduxit, liberosque om-
nes tam sancte, & feliciter
educauit, vt eorum plerique
quemadmodum, & Agatha
mater, & Christiana soror
sanctissimum vitę genus am-
plexi sint. Vniuersi demum
Regni foelicitati consulēs à
vitijs omnibus, quę furtim
irrepserant, populos expur-
gauit, eisque mores christia-
na pietate dignos restituit.
R. Dilexisti iustitiam, & odi-
sti iniquitatem; * Propterea
vnxit te Deus, Deus tuus o-
leo lætitię. y. Propter veri-
tatem, & mansuetudinem, &
iustitia.

Lectio vi.

Nihil tamen æque in illa
mirabile fuit ac flagrā-
tissima charitas erga proxi-
mos, præsertim egenos, quo-
rum numerosis gregibus non
modò si pem affatim suppe-
ditate; verum etiā trecentis
quotidie materna benignita-
te dapes præbere, flexis geni-
bus in morem ancillæ mini-
strare, regijs manibus pedes
abluere, & pressis etiā oscu-
lis ulcera fouere solēne ha-

buit. His porrò, alijsq; pijs
sumptibus non regias tātum
vestes, & pretiosa monilia di-
straxit, sed ipsum non semel
exhaustit ærarium. Toleratis
demum ad patiētix miracu-
lum acerbissimis doloribus
animam, semestri corporis
egrotatione purgatam, Au-
ctori suo quarto Idus Iunij
reddidit. Quo temporis mo-
mento facies eius diurni
morbi macie, ac pallore fæ-
data, in solita quadam venu-
state refluuit. Miris etiam
post mortem prodigijs clara
& Clementis X. auctoritate
in Scotiæ Patronam acce-
pta, vbiq; terrarum religiof-
sime colitur. Cuius festum
ab eodem Pontifice conces-
sum Innocentius vndecimus
ad octauo Idus Iulij trans-
ferri iussit. R. Fallax gratia,
& vana est pulchritudo: *

Mulier timens Deum, ipsa
laudabitur. y. Date ei de fru-
ctu manuum suarum, & lau-
dēt eam in portis opera ei.
Mulier. Glor. Patr. Mulier.

*In iij. Nost. Homil. S. Gregor.
Papa, in Euangel. Thesaurò
abscondito. vt in eodem Com-
muni.*

*Missæ. Cognoui. de Com-
muni, nec Virginis, nec Mart.
Prima Oratio vt suprâ.*

125

R E R V M I N D E X ,

In quo, quæ in eo menstrualiter congesta sunt, singula paginarum numero indicantur; præter mutationes Officiorum, prout summi Pont. in hanc usque diem disposuerunt, &c.

I A N V A R I I .

- 8 *Laurentij Iustiniani Conf. dup. cum oct. Venetijs.* 70
- 15 *Romedij Conf. dupl. maius in 1. Noct. lect. Scrip. cur. 2. & 3. Noct. de Commun. 1. loco.*
- 19 *Canuti mart. semid. ad libitum.* 76
- 23 *Raymundi de Pennafort Conf. semid.* 19
- 29 *Franc. Sales. Conf. Pontif. semid.* 19
- 31 *Petri Nolasci Confes. dup. die 31. Ian. Non autem.* 29. 21.

F E B R V A R I I .

- 4 *Andrea Corsini Conf. Pör. semid. ad libitum.* 79
- 7 *Romualdi Abb. dupl.*

M A R T I I .

- 6 *Claudiani Conf. dupl. maius Trident. lect. Beatus vir. 2. Noct. Deridetur 3. Noct. Sint lübi, &c. Missa Os iusti.*
- 25 *Magoriani Confes. Fratris*

S. Vigily dup. maius Trident. lect. 2. & 3. Noct. & Missa, ut supra in festo S. Claudiani. 23

19 *Iosephi Conf. dupl. 2. clas. 23.*

24 *Simonis Innoc. dupl. maius omnia ut in eius offic.*

27 *Adalpreti mart. Pont. dupl. maius Trid. lect. 2. & 3. Noct. de Commun. 1. loco Missa; Sacerdotes Dei & Euã. Si quis venit ad me.*

Veria 6. infra Domin. Paschonis offic. 7. dolorum B. Virg. dup. maius. 107

A P R I L I S .

5 *Vincentij Confes. semid. ad libit.* 80

Dominica 3. post Pascha, festum S. Raphael. Arch. dup. prima clas. Venetijs. 93

23 *Georgij mart. dupl.*

29 *Petri mart. dupl.*

30 *Maxentia Vidua dup. maius Trident. lect. 1. Noct.*

Mulierem fortem ex cõ.

muni nec Virg., nec mar.

M A I I.

- 4 Monica Vidua semid. 26
 5 Pij quinti Papa Conf. semid. Roma, & alicubi ad libit. 82
 5 Catharina Senensis Virg. dup. tali die Trident. nempe quinta Maij. 15
 18 Venantiij Mart. semid. 29
 19 Petri Celestini Pappa cōf. semid. 32
 20 Bernardini Senensis conf. semid. 35
 25 Maria Magdal. de Pazzis Virg. semid. 37
 26 Philippi Nereij conf. dupl.
 29 Sisinij, Martirij, & Alexandri Mart. dup. maius Trident. in 2. & 3. Noct. de Cōmuni 2. loco. Missa Sapientiam sanctorum. 1VNII.
 6 Norberti conf. Pont. dupl.
 13 Antonij de Padua confess. duplex.
 19 Geruasij, & Protasij mar. dup. lect. 3. in 2. Noct. Quotiescūq; Homil. in Euāg. Descendens Iesus.
 26 Vigilij Mart. Pont. dupl. 1. clasa. cum octaua, ut in proprio officio. 1V LII.
 4 Elisabetha Regina Portugallia nec Virg., nec Mar. semid. ad libit.
 8 Margarita Regina Scotia


nec Virg., nec Mar. semid. ad libit. 123

- 11 Hermagora, & Fortunati martyr. dup. maius Trid. & Venetijs. 103
 12 Non autem die 13. Iohannis Gualberti Abb. semid. ad libit. 84
 15 Henrici conf. semid. 39
 16 Vel alia die infra octauā Commem. B.V. de Monte Carmello dup. 2. clasa. ad libit. 41
 17 Alexij conf. semid. ad libit. lect. 5 & 6. Dridetur Homil. in Euāg. Ecce nos reliquimus.
 23 Apollinaris mart. Pontif. duplex.
 31 Ignatij Conf. dupl. AVGVSTI.
 Dominica prima officium B.V. de mercede dup.
 7 Caetani Thienei Confess. semid. 48
 12 Clara Virg. dup.
 25 Ludouici conf. semid.
 30 Rosa Limana Virginis semid.
 31 Raymundi Non nati Conf. semid. 52
 SEPTEMBRIS.
 Dom. 1. Angelor. Custod. dupl. cum octaua. ut in proprio libello.
 4 Euphemia & 4. mar. semid. pro Venetijs. 103
 10 Nicolai de Tolentino cōf. duplex.

- duplex.
- 17 *Impress. S. Stigmatum S. Francisci semid.* 31 *VVolfgangi Episc. & conf. dup.* 65
- 17 *Nominis B.V. Maria dup. maius alicubi.* 54 4 *Caroli conf. pontif. dup.* NOVEMBRIS.
- 18 *Thoma de Villanova conf. pontif. semid. ad libi.* 88 13 *Didaci conf. semid.* 67
- 19 *Ianuarij, &c. mar. dup.* 18 *Dedic. Basilica Trid. dup. I. clas. cum octava in Civitate.*
- 20 *Eustachij, &c. mar. dup.* 19 *Elisabeth Regina Vngaria Vidua dup.* 67
- 28 *VVenceslai mar. semid. ad libitum.* 90 22 *Cecilia Virg. & mar. dup.* DECEMBRIS.
- 1 *Remigij conf. pontif. semid. ad libitum.* 92 3 *Franc. Xaverij confess. duplex.* 3
- 6 *Brunonis conf. dup.* 6 *Nicolai Episc. conf. dup.* 3
- 13 *Edvardi conf. semid.* 62 8 *Conceptio B.V. dup. 2. clas. cum octava.* 6
- 15 *Teresia Virg. dup.*
- 19 *Petri de Alcantara conf.*

F I N I S.







BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

TT

I

k

159

72

BIBLIOTECA
COMUNE
NOVO

111

7

2

172

172

7

OFFICIA PROPRIA
SANTORUM

x-rite

colorchecker



MSCPPCC0613

